00056059

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-1.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

HARIRII

ELOQUENTIÆ ARABICÆ PRINCIPIS
TRES PRIORES CONSESSUS.
E CODICE MANUSCRIPTO
BIBLIOTHECÆ LUGDUNO-BATAVÆ
PRO SPECIMINE EMISSI,

A. C

NOTIS ILLUSTRATI 56059

A. B

ALBERTO SCHULTENS.



FRANEQUERÆ,

Ex Officina WIBII BLECK Bibliopolæ, 1731.

00056059

PERILLUSTRI AC EXCELLENTISSIMO

DOMINO ET COMITI

JOHANNI HENRICO

WASSENARIO.

BARONI AC DOMINO WASSENARIÆ. OBDAMI. HERSBROEKÆ. SPIERDYKI. QUIDWYKI. KEMHEMI. LAGÆ. etc. etc. etc.
EQUITI ORDINIS JOHANNITICI. EQUESTRIS HOLLANDIÆ ORDINIS MEMBRO SPLENDIDISSIMO. EJUSDEMQUE PROVINCIÆ NOMINE CELSIS AC PRÆPOTENTIBUS FOEDERATI BELGII ORDINIBUS ADSCRIPTO etc. etc. etc.
ACADEMIÆ BATAVÆ QUÆ LUGDUNI EST CURATORI PRIMO. etc. etc. etc.

ALBERTUS SCHULTENS.

DEDICATIO.

PAtere, *Illuſtriſſime Comes*, ut paucis Te in publico venerer. Potentiſſima me Tibi obſtringunt vincula, in æreque tum Tuo, tum Domus Tuæ ſplendidisſimæ, ſum totus. Excellentiſſimus Tuus Genitor, quum ſpecioſum illud Academiæ hujus curandæ munus, quod nunc humeris quoque Tuis tam apte pulcreque ſedet, ſuſtineret, naſcentibus meis ſtudiis adſpiravit, atque immortali me beneficio beavit, quum aditum mihi patere juſſit ad Orientales illas Gazas, quibus Bibliotheca publica merito caput effert.

In-

DEDICATIO.

Incubantem iſtis theſauris, atque cum maxime inſudantem, ad Eccleſiæ *Waſſenarienſis*, tum forte vacuefactæ, curam me admovit, peregrinum licet, eadem illa munifica manus, voluntasque prolixa Illuſtriſſimi Tui Patris. Hac in ſtatione, quæ me a deliciis meis haud plane avellebat, ſed ſuaviſſimum mihi cum iis commercium ex propinquo relinquebat, aſſeverare Tibi poſſum; *Excellentiſſime Domine*, lucidos mihi ſoles iviſſe: neque ullum unquam diem liquidæ ſinceræque illius tranquillitatis dulcedinem eſſe deleturum, quam ibi ſub Magnæ Tuæ Domus umbra hauſi, intimisque ſenſibus percepi.

Hæc me nunc cauſa potiſſimum im-

pellit ad gratæ devotæque mentis tabellam hanc, publicamque teſtificationem, tacitis cogitationibus jam ante biennium Tibi diſtinatam, *Perilluſtri Tuo Nomini* dicandam.

Quæ recens Tuus in me congeſſit favor, ut ampliora adhuc ſunt, atque cumulatiora, ita patentiorem deſiderant campum, quem mihi brevi, ſpero, aperiet Opus Tuo, Illuſtriumque Collegarum Tuorum, qui Rem Academicam tutamini, juſſu auſpiciisque in dias luminis oras evulgandum. Diu Te ſospitem Res cernat ſentiatque Publica. Dabam Lugduni Batavorum ipſis Kalend. Decembribus Anno MDCCXXX.

PRÆFATIO.

IN lucem tandem prodire jubeo, minore licet forma, quam a principio deſtinaram, ſpecimen hocce diſſertationum *Haririi*, cujus opus quinquaginta *Conſeſſibus*, ut eos vocat, ſive potius *ſermonibus frequenti in Conſeſſu habitis* contextum, ut Minerva *Phidiæ*, conſecrari meruit; atque in arce apud Arabes collocari. Viri ætatem, merita, alia quæ ad notitiam tum auctoris, tum operis pertinent, cum Erudito orbe jam communicavit Celeb. *Golius*, edita prima diſſertatione *Sananenſi*, atque brevibus ad marginem notis illuſtrata. Extat ea in auctiore Grammatica *Erpeniana*, unde quum adoleſcentulus jam tum ſingulari harum literarum flagrans amore, primoribus labris libaſſem, ingens continuo per venas gliſcere ſitis, meque ſubinde pungere atque exſtimulare, ad fontes tam uberes copioſosque propius adeundos, pectusque inde, ſi pote, inbuendum, atque adeo commadefaciendum.

Eum in finem in Academiam *Batavam*, cujus apparatiſſimam Bibliothecam, inter theſa

ſauros Orientales, hunc quoque eximium ſcriptorem recondere compertum habebam, altera vice me transfero, jam gradum in Theologia, poſt ultimam manum ſtudiis Academicis *Lugduni* impoſitam, in urbe patria adeptus: atque ad Gazophylacia illa viam aditumque affecto. Subnixus commendatione Vener. ac Celeb. *Fabricii*, favoreque mihi per eam parto Illuſtris Ampliſſimique *van den Bergii*, quibus publicas pro immortali beneficio grates nunc rependo, a viris illuſtriſſimis, qui iſtoc tempore curam gerebant Rei Academicæ peto, impetroque, ut acceſſus mihi ad ſcrinia Orientis pateret, excerpendique vel exſcribendi quæ in uſum meum forent, poteſtas fieret. Perſarum tunc rege, ut Lyricus ait, beatior vigebam, atque opima orientis ſpolia legere, domumque deportare me poſſe ſerio triumphabam.

Admiſſus hæc ad ſacra, *Haririum* e veſtigio ſub oculos, ſub manus, ſumo, nitide et explanate ſcriptum, eundemque brevi, ſed dilucido gloſſario ſcholiaſtæ illuminatum: aſ-

ſumto

ſumto inſuper fuſiore Commentario *Teblebii*, qui verborum antiquiſſimas origines, phraſiumque natales ex intimo linguæ ſinu eruens, incredibilem mihi lucem prætulit, primusque viam emunivit ad diſcrepantiſſimas ſignificationes, quibus radices Arabicæ in Lexicis laborant, ad concordiam concentumque ſuaviſſimum revocandas. Hæ faces, quicquid tenebrarum ſtilus *Haririi* grandiſonus, ac mille floribus figurisque variegatus, offundebat, diſcuſſere, laborem, quem in eo, a capite ad calcem, deſcribendo impendebam, compenſante ſumma animi voluptate; eo quod hoc in ſcriptore reperirem id, quod ſpe atque cogitatione præceperam, eminentem et expreſſam imaginem priſcæ illius grandiloquentiæ Orientalis, qua Liber *Jobi* exaratus eſt, quæque in *Pſalmis*, in *Proverbiis*, in reliquo corpore Bibliorum, poetico præſertim, ac prophetico, tam magnifice, tamque inſigniter ſe exerit.

Hoc vero illud erat, ad quod inde a primo in hoc curriculum ingreſſu anhelaram,

quodque mihi tanquam unicum intenſiſſimi ſtudii ſcopum præfixeram, ut nempe Linguæ ſanctæ indelibatum illum florem honoremque, cui ſeculorum labentium injuria, Rabbinicæque nationis incuria multum detriverat, inde quoque pro virili reſtituere allaborarem, unde viros doctrina, ingenio, auctoritate principes multa feliciſſime illuſtraſſe deprehendebam, ita tamen ut plura adhuc poſteritati illuſtranda reliquerint, atque exemplo ſuo commendarint.

Hic ſi aliquid forte effeci, vel deinceps effecturus ſum, id Generoſiſſimis illis ſtudiorum Altoribus Fautoribusque debere me profiteor, qui per aliquot annos hocçe tanto munere atque beneficio me mactarunt, ut non tantum integrum *Haririum*, cum Commentatoribus, meo commodo tranſſcribere potuerim, verum etiam alia complura volumina, Linguæ Arabicæ opulentiam affluentiſſimam ſimul, ſimul eloquentiam potentiſſimam admirabiliter pandentia. Horum e numero ſunt, ſeptem *Moallekát* illuſtrium poëtarum, qui

ante

ante *Muhammedem* floruere, Carmina cedro digna, atque Meccano in delubro propterea *Juſpenſa* (id ſonat vocabulum *Moallakát*) æternitatique conſecrata. Anthologia item veterum poetarum, quæ *Hamaſa* inſcribitur, id eſt, *bellica virtus*, quod in fortium virorum facinoribus celebrandis potiſſimum verſetur: *Diwan Hudeilitarum*, ſive collectio ampliſſima carminum, quæ principes *Hudeiliticæ* tribus, aliquot ſeculorum decurſu, ad palmam gloriæ in gente Linguæ ſuæ ſtudioſiſſima auferendam, panxerunt: Poema *Ibn Doreidi* muſeo lepore tinctum, antiquasque Arabiæ Gratias ac Veneres unice redolens.

Ad hæc in uſus meos derivanda non tantum me accendebant luculentiſſimi Commentarii, eruditione Critica referti; verum etiam *Siauharii*, præſtantiſſimi Arabum Lexicographi, perpetua horum Fontium citatio ad verborum vetuſtisſimas ſignificationes adſtruendas. Quicquid præterea in *Originibus* meis ex *Siauhario* illo, quicquid ex *Firuzabadio*, quicquid aliis ex Codicibus Manuſcriptis protuli

 exem-

exemplorum, ad linguæ Hebrææ proprietatem e penetralibus Orientis revocandam; id omne ferme ex Bibliothecæ noſtræ opulentiſſimis Gazis hauſtum atque expromtum eſt. His quum me anno præterito Illuſtrium Academiæ Curatorum, Ampliſſimorumque hujus Urbis Conſulum favor, propius admotum voluerit, publicoque vinculo curam meam obligarit, ut quantum alterius quoque provinciæ mihi demandatæ rationes permitterent, iis in lucem proferendis interpretandisque me applicarem, ſane quam opportuniſſimum nunc cadit, quod *Saladini Vitæ rebusque geſtis*, ſub prælo cum maxime ſudantibus; tanquam primitias quasdam novi muneris, præmittere liceat tres priores *diſſertationes Haririi*, in uſum collegii Arabici, dum in illuſtri *Friſiæ* Academia ſtationem obtinerem, typis mandatas; adjunctis notis perpetuis, quibus interior vis ac medulla linguæ guſtanda præbetur.

Per has ſi ſaliva moveatur Philarabibus, Academicæque noſtræ juventuti, ad plures venuſtiſſimi ſcriptoris Conſeſſus a me efflagitandos, deſiderio iſti, quam primum me *Saladinus* abſolverit, reſpondere ſtudebo, atque, ut ab initio deliberatum fuerat, numerum ſaltem denarium horum ſermonum complebo. Reſtat ut verbulo moneam, primi Conſeſſus accuratam et perelegantem verſionem Clar, *Golio* deberi. In duobus poſterioribus convertendis quod elegantiæ deeſt, fidelitate penſavi, Geniumque Orientis qua potui accuratione repræſentavi. Dabam *Lugduni* in *Batavis*, ipſis Kalendis Decembribus, Anno MDCCXXX.

ABI MUHAMMED ELKASIM
BASRENSIS
VULGO DICTI
HARIRI
DISSERTATIONES
IN USUM
COLLEGII ARABICI
E MANUSCRIPTO
EDITÆ
ET NOTIS
ILLUSTRATÆ.

أَلْمَقَامَةُ ٱلْأُولَى ٱلصَّنْعَانِيَّةُ

حَدَّثَ ٱلْحَرِثُ بْنُ هَمَّامٍ قَالَ لَمَّا ٱقْتَعَدْتُ غَارِبَ ٱلْاغْتِرَابِ
وَأَنْأَتْنِي ٱلْمَتْرَبَةُ عَنِ ٱلْأَتْرَابِ طَوَّحَتْ بِي طَوَائِحُ ٱلزَّمَنِ
إِلَى

NOTÆ IN CONSESSUM PRIMUM.

1. اقْتَعَدْتُ Eſt prim. ſing. præt. in oct. conj. a verbo قَعَدَ *ſedit, conſedit.* Cujus derivatum قَعُودٌ *Camelus jam inſeſſui idoneus*, peperit novum verbum اقتعد quod ſecundum *Scholiaſten* proprie valet اتخذ قعودا *cepit camelum inſeſſui aptum, eumque conſcendit iter facturus.* Accuratius adhuc *Tebrizi* ad *Hamaſa* اقتعد اي اتخذ مركبا ويقال القعود الذكر والقلوص الانثي من شواب الابل Verbum in 8 eſt *capere jumentum vectorium. Dicirurque* قعود *eſſe marem*, & قلوص *fœminam e junioribus camelorum.*

2. غارب Eſt accuſ. ſing. in ſtat. conſtr. demta Nunnatione, & proprie ſignat *gibbi camelini verticem*, eiſque forma part. præſ. in prima conj. a verbo غرب ערב *occidit Sol. Abiuit longius, receſſit a ſole. Peregrinatus eſt.* Quaſi dicas *peregrinantem* vel *peregrinatorem*; eſt enim *gibbus Camelinus* vere *peregrinator*, abſque quo nulla itinera Orientales ineunt. Diligentius adhuc vim finit *Scholiaſtes* غارب مقدم سنام البعير واعلي الناهر *Eſt anterior pars gibbi Camelorum & ſumma dorſi pars.*. Conſentit *Tebrizius* ad *Hamaſa* الغارب ما قدام السنام ثم استعير حتي قيل لاعلي كل شي غواربه وقالوا علت غوارب الماء والسيل *Vocatur* غارب *anterius gibbi Camelini: indeque tranſlatum eſt eo uſque, ut cujuſque rei verticem ſummum hoc vocabulo gibbi adſcerint; dicentes, gibbi aquæ aut fluxus elati fuerunt.* Hinc lux non tantum figuræ Pſ. 68:15. הרים גבננים *montes gibboſi*, id eſt *edito vertice prediti*; ſed & Pſ. 48:3. ubi יפה נוף *pulcher tractu* vulgo, reddendum eſt *pulcher gibbo*, id eſt, *vertice*: nam נוף نوف, in quo diſſentiunt Viri Docti, Arabibus eſt *Cameli gibbus elatior*; quam vim iſti loco alibi latius adſtruemus.

3. ٱلِاغْتِرَابِ Eſt infinit. conj.

8. in

CONSESSUS PRIMUS.
SANANENSIS.

NARRABAT Harit filius Hemmámi, inquiens: Cùm inſediſſem cameli dorſum peregrinandi ergo, atque procul abduxiſſet me egeſtas ab æqualibus meis; jactârunt me fluctus fortunæ

 uſque

8. in genit. caſu, cum artic. emphat. a rad. غَرَبَ, quæ reſpondet Hebr. עָרַב *Occidit* ſol. غَرْبٌ עֶרֶב *veſpera* غَرَبٌ עֲרָב غُرَابٌ *ſalix* עֲרָבִים مَغْرَبٌ *Occidens*, מַעֲרָב. Hinc ſuccrevit poteſtas *Occidentem petendi*, *longius peregrinandi* &c. In 1, 2, & 8, conjug. Locutio autem & ſtructura ad verbum expreſſa ſic exit, *inſedi gibbum peregrinationis longioris*, quam Cl. *Golius* bene ad genium Latii accommodavit.

4. وَأَنْأَتْنِي *Atque procul abduxiſſet me*. Conſtat e tribus, aff. ني & præf. & 3 fæm. præt. in quarta Conj. a themate نأي *procul diſceſſit*.

5. ٱلْمَتْرَبَةُ *Egeſtas*. Articulus præpoſitus amiſit ſuam vocalem, ſigno *Weſla* ſuperſcripto, ut nectererur cum voci præcedente hæcce noſtra. Ejus vim & originem ſic pandit *Scholaſtes*. متربة وفقر لانها تلصق صاحبها بالتراب *Egeſtas ita appellata eſt* quod terræ adhæreſcere faciat egenum. Dicerem potius fluxiſſe a formula تربت يداك *Atribæ manus tuæ pulvere impleantur*, id eſt, *ne quicquam boni unquam conſequaris*, qua ſolent in imprecationibus uti. Radix eſt ترب *pulvere plenus fuit*.

6. ٱلْأَتْرَابِ. Eſt plur. fractus cum artic. in genit. caſu a ſing. تِرْبٌ, *æqualis*, *coætaneus*, quod ab eadem radice propagatum, videtur notare eum qui e *pulvere*, & *ſolo natali* eodem nobiſcum tempore *ſuccrevit*, id eſt, *Conterraneus coætaneuſque*. Monet *Tebrizius* ad *Hamaſa* اكثر ما يستعمل الاتراب في النساء يقال هذه ترب ولانة اذا كانت على سنها *plerumque uſurpatur in fœminis, diciturque illa eſt hujus mulieris*, תרב, *quum eſt ejus æqualis*. Non ſervavit hos fines *Hariri*, ſed ad *Viros* quoque extendit.

7. طَوَّحَتْ بِي طَوَائِحُ ٱلزَّمَنِ *jactarunt me fluctus fortunæ*.

الَي صَنْعَاءِ ٱلْيَمَن فَدَخَلْتُهَا خَاوِيَ ٱلْوِفَاضِ بَادِيَ ٱلْأَنْفَاضِ لَا أَمْلِكُ بُلْغَةً وَلَا أَجِدُ فِي جِرَابِي مُضْغَةً فَطَفِقْتُ أَجُوبُ طُرُقَاتِهَا مِثْلَ ٱلْهَائِمِ وَأَجُولُ فِي حَوْمَاتِهَا جَوَلَانَ الحايم

tunæ. Proprie *impulerunt me impellentes caſus temporis.* Eſt طـــوايح plur. fract. a ſing. طايحة, quod eſt part: fæm. Verbi طـــاح ex quieſcentibus med. Vav, unde etiam præcedens طوحت, quæ eſt 3 fæm. ſing. præt. in ſec. conj. ſolet autem verbum ſingulare nominibus pluralibus ſubjungi, ut חכמות בנתה *Prov.* 14: 1. & alibi ſæpe. Proprietatem radicis enarrat *Scholiaſtes.* يقـــال طـــاح السهم اذا خرج علـــي غير قصد ونـــاه عـــن غرضه *dicitur de ſagitta quum nullo certo fine exit, atque a ſcopo ſuo divagatur.* Apparet cum تـــاه collationem inſtitui, quod & *Golius* fecit; cujus vis eſt in *errore vago ac confuſo.* Hinc תהו Hebræorum, cujus thema fuit תוה, quamvis & תהה تـــهـــا aſſumi poſſit, non *intelligens fuit*, عقل, ut ex vitioſo Codice *Golius*, ſed غـــعل *vago & confuſo more egit*, ut *Pocock.* in not. Miſc. jam ſubmonuit.

خاوي الاوفاض *Vacuus loculos*, prius eſt part. præſ. in 1. a rad. خـــوي *Collapſa fuit & inanita domus*, itemque *inanis & collapſus fuit Venter*, quam principem duco notionem a *complicando* & *convolvendo* deſumtam, quod eſt in حوي per *Ha* literam, nam Arabes *ventrem vacuum* & *longa inedia collapſum* dicunt *Complicari* ac *convolvi.* Sic حاوي *Complicatio* & figurate *Fames, Inedia*; quia inquit *Scoliaſtes* Hariri *viſcera cibo oppleta ſeſe explicant, vacua autem complicantur, & alia ſuper alia convolvuntur.* Hinc intelligetur quid ſit *Danieli* 6: 19. בת טוות *pernoctavit jejunus* vulgo, proprie *complicatus; convolutus inteſtina.* Alterum vocabulum وفـــاض plur. fract. a ſing. وفضة *pharetram coriaceam*, & *peram paſtoralem* ſignat, adeoque pulchre exhibit Hariri *collapſus & convolutus peras coriaceas*, ut ad ſummam inopiam redactum deſcribat.

بـــادي ٱلْأَنْفَاض *Conſpicuus inopia*, proprie *Manifeſtus excuſſionis.* Eſt autem بادي part. præſ.

uſque Sanaam Arabiæ Felicis. Eamque ingreſſus fui vacuis loculis, conſpicuus inopiâ, haud poſſidens diarii quicquam, nec reperiens in marſupio buccellam. Ideoque inſtitui peragrare vias ejus inſtar errabundi, & obire vicos ejus ambitu ſitientis avis; quærens per tractus quò proſpiciebam, perque compita, quibus ibam & redibam, liberalem aliquem, cui perfrictâ fronte exponerem neceſſita-

 tem

in prim. conj. a verbo بدو *apparuit*. Alterum انغاض eſt infin. conj. quart. a themate نغض *quaſſit. Concuſſit, excuſſit* נפץ; ut in *originibus* editis demonſtravi. *Scholiaſtes* انغاض فقر وفي الحقيقة نغاد الزاد وقد انغض الرجل اي فني زاده وهو من النغض ان ينغض الرجل وعاء زاده *infin.* אנפץ *inopiam deſignat*, vere tamen & ſtricte *defectum viatici: & cujus commeatus exhauſtus eſt, is vero* אנפץ, *quod eſt tractum ab excuſſione, quum excutit aliquis viatici ſui loculum.*

طَفِقْتُ أَجُوبُ *inſtitui peragrare*; ad verbum, *cœpi ſecabam.* Eſt enim radix جاب proprie *ſecuit.* Unde improprie *trajecit, pertranſivit.* Ut apud Latinos *ſecare* viam. *Carpere* iter, & ſimilia.

مِثْلَ ٱلْهَايِمِ *inſtar errabundi* prius reſpondit Hebr. משל. poſterius eſt part. præſ. a rad. هام med. *Je, attonitum vagari, mentis impotem diſcurſare.* præſertim præ *ſiti.* Illuſtratur hinc Biblicum הום.

وَأَجُولُ جَوَلَانَ ٱلْحَايِمِ

Et obire ambitu ſitientis avis. Proprie. *Et gyrabam gyratione circumvolitantis* ſuper aqua *avis.* Prius verbum in fut. prim. Conj. eſt a radice جال Med. Vav, גול Hebr. cujus *gaudium exultans* debetur primitivæ notioni *gyrandi*, unde *gyros, orbes, choreas, inter cantum ſaltumque, ducere*, aſſumtum fuit. Secundum جولان eſt actio verbi, ſive *gyratio* quaecunque. Tertium حايم eſt part. præſ. in prim. Conj. ab حام Med. Vav, *rem circumvolatus fuit*, præſertim *volatu* ut *avis ſitibunda* & aquam appetens, nec tamen attingens. Ab eadem radice eſt etiam حَوْمَةٌ cujus plur. ſanus cum aff. حَوْمَاتِهَا *Vicos ejus* hic habemus; proprie *cumulos arenoſos.*

أ ... يم وَأَرُودُ فِي مَسَارِحِ لَمَحَاتِي وَمَسَايِحِ غَدَوَاتِي ... ـمَانِي كَرِيمًا أُخْلِقُ لَهُ دِيبَاجَتِي وَأَبُوحُ إِلَيْهِ بِحَاجَتِي

وَأَرُودُ فِي مَسَارِحِ لَمَحَاتِي *Quærens per tractus quo proſpiciebam.* Arabiſmus accurate expreſſus præbet. *Et pabulabar per paſcua vibraminum meorum.* Primo رأد Med. Vav, cujùs fut. in prim. adeſt, notat *petere pabulum vel aquam*, *pabulatum aquatumve Ivit*, a primigenia vi *ultro citroque commeandi* & *diſcurrendi.* Heb. רוד. ſecundo, مسارح est plur. fract. a مَسْرَح, quod in *Golio* omiſſum, *locus quo paſtum educitur grex*, *paſcuum amplius & luxurioſius*; a سرح *libere dimiſit* pecus, *ſivit luxuriare & paſcere* pro lubitu. Hinc explanandum thema Hebræum סרח. pulc ... مسرح العين ... *cuum oculi* formarunt ... prout Latinis *paſcere oculos* protritum. Pro *oculis* porro Orator noſter لمحات *Vibramina* extulit plur. ſan. a لمحة *Vibratio*, a لمح *micuit* fulmen. Unde ad *oculum* magno & multo uſu tranſlatum, *Vibrantem* notat *intuitum*, prout *nictantia fulmina* pepererunt *oculos nictantes* Latinorum. Referantur hæc ad ea quæ de הביט producta ſunt in Originibus noſtris. *Scholiaſtes.* مسارح لمحاتي اي مواضع تسرح عيني فيها بالنظر *Paſcua vibraminum meorum ſunt loca ubi oculus m... templando libere paſcitur.* ... venuſtiſſime poeta Arabs ... *zio* citatus ad *Hamaſa.*

اذا سرحت الطرف حول قبابه
لم ناق الا نعمة وحسودا *

Quod ſi oculum libere paſtum dimiſeris circa ejus tentoria
Nil obvium habes niſi Opulentiam & Invidos

وَمَسَايِحِ غَدَوَاتِي *perque*

tem meam; vel literatum, cujus conſpectus diſcuteret mœrorem meum, cujusque oratio reſtingueret ardentem ſitim meam.

quibus ibam & redibam. Ad verbum, *perque ſpatia paſtuum meorum matutinorum ac veſpertinorum.* مسايح eſt plur. fract. a مسناحة *ſpatium* quo quis *excurrere & evagari* poſſit; a verbo ساح Med. *Je*, *huc illuc evagari* & *obire terram.* Forma hæc in *Golio* non proſtat. غدوات eſt plur. ſanus a ſing. غداة quod eſt pro غدوة a them. غدا *matutino tempore exivit*, oppoſ. تو راح *veſpertino tempore rediit.* Unde روحة actio, cujus plur. ſan. hic adeſt, Eſt autem formula غدا وراح *Mane exivit & veſpere rediit*, qua vitæ functiones omnes exprimunt, indeque apud *Golium* لا ترك من ابيه مغدا ولا مراحا *Per omnia ſimilis eſt patri ſuo*: proprie, *Non deſerit patrem neque in itu matutino, nec in veſpertino reditu.* Sic Hebræi *ire & redire* יצא ובא uſurparunt pro *functionibus omnibus.* Conf. Deut. 28: 6. & 31: 2. & 1 Reg. 3: 8. & præſertim Num. 27: 17. Unde liquet tum in *paſtore*, tum in *grege* locum invenire.

أخالق له ديباجتي

Cui frontem meam perfricarem. proprie, *Cui pannum meum ſericum detererem.* Eſt autem ديباجة *veſtis ſerica*, a دبج *finxit pinxitque figuris*, honeſte tranſlata ad *genas*, & *frontem mollem* atque *ingenuo pudore præditam*, quam eleganter inducit *detritam* in eo qui rogatorem & mendicum agere cogebatur. Radix خلق *levis, glaber fuit*, media Dammata; & inde *trita fuit veſtis.* In quart. اخلق *detrivit veſtem*, unde futur. noſtrum. Probe tamen notandum proprietatem thematis ſitam eſſe in *glabro* & *levi*, quale eſt *Saxum* اخلق *undique leve, glabrum, nitidum, fiſſuræ, fracturæ, cavitatis expers*, ut Critici declarant. Similis eſt vis & ratio in خلاقة *lapillus levis*, cujus plur. ſan. خلاقات eſt in *Diwan Hudeilitarum*, مخلولق etiam, partic. quod. conj. ab *Ibn Doreid* adhibetur pro *Saxo glabro undique & lubrico.* Ex quibus jam quid Hebræis proprie fuerit חלק & חלקלק ad liquidum perduci poteſt. *E lapillo levi*, qui חלוק, ſuccrevit notio *dividundi partiendi ſorte*, . per *ſortem* proprie & ψῆφον: deīn latius. Sed hæc longiorem diſcuſſionem requirunt.

بحَاجَتي أَوْ أَدِيبًا تُفَرِّجُ رُؤْيَتُهُ غُمَّتي وَتُرْوِي رِوَايَتُهُ غُلَّتي حَتَّي أَدَتْني خَاتِمَةُ ٱلْمَطَافِ وَهَدَتْني فَاتِحَةُ ٱلْأَلْطَافِ إِلَي نَادٍ رَحِيبٍ مُحْتَوٍ عَلَي زِحَامٍ وَنَحِيبٍ فَوَلَجْتُ

تُفَرِّجُ رُؤْيَتُهُ غُمَّتي *cujus conſpectus diſcuteret mœrorem meum.* Prius تفرج in fut. act. ſec. conj. eſt a rad. فرج *fidit, & findindo aperuit.* Inde Metaph. *diſcuſſit anxietatem, quæ veluti obſtruebat & præcludebat ſpiritum.* Ea utique eſt vis voculæ غمة *mœror angens & præſocans*, a غمّ *mœrore oppreſſit intercluſo ſpiritu*, ex deficientibus ſecunda radicali. رويه *Waw* pro *Eliph* poſito ob præcedens *Damma*, eſt a rad. راب *vidit* ראה.

وَتُرْوِي رِوَايَتُهُ غُلَّتي *cujusque oratio reſtingueret ardentem ſitim meam.* Verbum روي ex quieſcentibus tert. ejusdem eſt indolis ac רוה *irriguus, potu expletus fuit.* Et tranſitiva notione *ſatiavit potu, rigavit.* Inde ſignificatio 4 apud *Golium* nata, *retulit* aliquid, & *aliunde hauſtum derivavit ad aliquem eum recreaturus.* Id eſt رواية, proprie *apportatio aquæ aliunde hauſtæ, ejusque propinatio.* Figurate *Oratio facunda, narratio delectabilis.* Pulcherrime luditur in تروي رواية *Oratio facunda quæ irriget.* غلة *ſitis ardor ac vehementia* eſt a غل ex def. 2 rad. cujus 6. ſign. apud *Golium* ponitur forma paſſivi, *Ardente ſiti laboravit,* & 4 ſign. activa *ſitivit non expletus potu*; quo pacto incidit in eandem poteſtatem cum عل, quod eſt Hebr. עלל; quo de Origines noſtræ adeantur.

خَاتِمَةُ ٱلْمَطَافِ *Extremum circuitus.* Eſt proprie part. fæm. a خاتم חותם *ſigillans*, cujus radix ختم חתם *obſignavit.* Jam qui aliquid *obſignat*, is *finem* rei *imponit*, unde invaluit خاتمة الشي *Rei cujuscunque ſignatorium*, ſive *actio obſignans* pro *extremo*: ut ſchol. monet. Sic *Cocc.* ſumſit *Dan.* 9: 24. לחתם נביא וחזון *ad finiendum.* Ad eum modum *Muhammed* ſemet חותם הנביאים خاتم النبيين *Sigillum Prophetarum* inſignivit *Alcor. Sur.* 33: 40.

فاتحة

aſn. Donec tandem adduceret me extremum circuitûs, & perduceret anſpicium blandæ percunctationis ad conventum amplum, conſtantem mutuâ *hominum* compreſſione & ejulatu. Cum itaque intraſſem intimum turbæ, ut cognoſcerem cauſam illius fletus; conſpexi in medio cycli ho-

B minem

فَاتِحَةُ ٱلْأَلْطَافِ *Auſpicium blandæ percunctationis.* Prior vox iterum eſt in part. præſ. fœm. a فتح פתח *aperuit*, quaſi, *aperiens actio* cujuscunque rei, *initium lætum*, *auſpicium*. κατ' ἐξοχὴν الفاتحة *Aperiens*, *Auſpicans* dicitur, *prima Corani Surata*, unde uſus lætus ſeſe diffudit. Poſterior vox الالطاف eſt genitiv. infinitivi 4 conj. a themate لطف *ſubtilis fuit cum elegantia*; unde الطف سواله *ſubtiliter & blande rogavit.* Sic explicatur a *Teblebio*, quo uſum eſſe etiam Cl. *Golium* ex brevibus Scholiis, animadverto: Is enim monuit quoque, alios legere per *Phata*, الألطاف, ut ſit جمع لطف plurale a لطف *gratia.*

مُحْتَوٍ عَلَى زِحَامٍ وَنَحِيبٍ *Conſtantem mutua compreſſione & ejulatu.* Ad genium Arabiſmi perſpiciendum verti deberet, *complicatum*, *convolutum*, *& in ſe collectum ſuper compreſſione & ejulatu.* Radix حوي *convolvi compingi cum convolutione.* Inde حيي *pudore affectus fuit*; ab illa *convolutione*, qua in Alcorano eſt احوي غثاء *quisquiliæ convolutæ*, aridæ, fuſcæ. Alio canali حيي *vixit*; *vivax fuit.* a *compactione*, & *coagmentatione vitali*, quæ omnem *diſſolutionem* impedit. حوي etiam eſt *comprehendere* & *complecti* ſermone. Unde quid חוה ſit, & quid differat a חיה. quamvis eadem ſtirpe teneatur, liquere poteſt.

غَابَةَ ٱلْجَمْعِ *intimum turbæ.* Scholion Cl. *Golii* monet, vocem غابة proprie notare *interiorem & denſam ſilvam.* Id plenius perſpicietur ex *Teblebio* اصل الغابة الشجر الملتف سمي بذلك لانه يغيب فيه من يدخله *In radice* غابة *ſignat arbores implexas, quod lateat ibi, qui illas intret.* Deſcendit a غاب media *Je*, quod eſt *in denſo & obſcuro delituit.* Inde illuſtratur Hebræo-

bræo-

فولجت غابة الجمع لأسبر مجلبة الدمع فرأيت في بهرة الحلقة شخصا شخت الخلقة عليه أهبة السياحة وله رنة النياحة وهو يطبع الأسجاع بجواهر لفظه ويقرع الأسماع بزواجر وعظه وقد أحاطت به أخلاط الزمر احاطة الهالة بالقمر والأكمام بالثمر فدلفت اليه لأقتبس .

bræorum עיף. Eleganter cum hac *denſa & obſcura ſylva turbæ* conjunctum & verbum ولج quod proprie valet *intrare latibulum.*

لأسبر مجلبة الدمع *Ut cognoſcerem cauſam illius fletus.* Ad verbum, *Ut pertentarem attractricem lacrymæ.* Id eſt *cauſam quæ lacrymas excuteret & evocaret.* Sic Scholiaſtes مجلبة exponit, جالب ما يجلب *attrahentem cauſam, quæ trahat & eliciat.* In Conſ. 29. noſter ذر بني بالخان مجابة الهوان *Morari meum in diverſorio, attractrix cauſa ignominiæ.* In plur. مجالب وفاتي *attractrices cauſæ meæ mortis.* Radix جلب in eundem uſum longe lateque ſe admittit. *Avicen.* يجلب النعاس *trahit ſomnum* يجلب الهرم *trahit ſenium.* In ſententiis *Erpenii* Num. LXXXII. *Nimis frequentare homines* تجلب السو *trahit malum*, תגלב השוא. Hinc derivaverim גלב *Eſech.* 5: 1. *Tonſor*, vel verius *Raſor*, qui inter radendum יגלב חרם *attrahit & elicit ſanguinem.* Aliter Cl. *Hott.* in *Smegm.* Ceterum سبر *pertentavit*, grave eſt & pervenuſtum in hac ſede verbum, cujus vim ita pandit *Scholiaſtes* يقال سبرت بقرح اذا ادخلت فيه ميلا لتقيس عمقه *dicitur* סברת *vulnus, quum immittis in illud ſpecillum Chirurgicum, ut explores ejus profunditatem.* Hæc vis liquidq ſe exerit in שבר per *Sin*, *Nehem.* 2: 13, 15 ubi aqua hæret Viris Doctis.

وله رنة النياحة *Et clangentem lamento.* Accuratius expreſſum ſonat, *Et ei tinnitus lamentationis ſuperſtæ.* Primo رنة Hebr.

minem extenuato corpore, inſtructum apparatu itineris religioſi, & clangentem lamento, dum exprimeret rhytmicas ſententias exquiſito ſermone, pulſaretque aures minis hortationis ſuæ. Cingebant verò illum miſta genera agminum ſicut circundare ſolet halo Lunam, & tegumenta *ſuos* fructus. Igitur ubi proripui me ad illum,

Hebr. רנה proprie ſignat *ſonum tremulum ſimul & tinnulum*, qualem edit *arcus*, *jacta ſagitta*. Idem valet in origine رنا ,רנה, unde תרניה exponitur ترنية حنين *tinnula vox*. Inde رنى اليه *defixis oculis inhæſit ei.* Proprie *evibravit in eum aciem oculorum* הביט. Hæc eſt metaphora. citra figuram in libro *Jobi*, עליו תרנה אשפה. *Arcus* hinc מרנן مرنان dictus, ad cujus originem a *tinnulo gemitu* delicatiſſime alluſum ab *Ibn ElRoumi*, hoc verſiculo amatorio.

تشكي المحب وتشكو وهي ظالمة
كالقوس تصمي الرمايا وهي مرنان *

Querulum reddit amatorem; queriturque, ipſa licet lædens:
Ad inſtar arcus, qui prædas configens, tinnulum ipſe gemens eſt.

Indoles radicis *tinnulum* & *tremulum* ſuum *ſonum* ad *lætas* quoque *cantillationes* applicari ſinit: unde שפתי רננות *Pſ* 63: 6. Magis tamen inclinat in *tinnitum gemebundum*, ut Pſ. 17: 1, & alibi ſæpe.

وهو يطبع الاسجاع بجواهر لفظه *Dum exprimeret rhytmicas ſententias exquiſito ſermone.* In Arabico eſt, *Et ipſe procudebat rhytmos margaritis eloquii ſui*, ſupple, *conſertos*. طبع. Hebraice טבע *infixit mergendo*. טבעת *annulus ſigillatorius, qui mergitur in lutum ſigillare*. Hinc طبع *obſignavit*. طابع *ſigillum*: Succrevit porro طبع السيف *ſignavit enſem*, id eſt *cudit*, *impreſſa nota fabri*; prout طبع etiam in *cuſa moneta* teritur. Inde videtur dictum *cudere rhytmos*. Scholiaſtes tamen يطبع noſtrum declarat يختم ويزين كانه طبعها بطابع *obſignabat & ornabat*, ac ſi ſignaret illos *annulo ſignatorio*. Tunc جواهر plur.

ـبس من فوايده والتقط بعض فرايده فسمعته

يقول حين خبّ في مجاله وهدرت شقاشق ارتجاله

plur. fract. a جوهر notaret *gemmas*, *σφραγῖδας*. Sed *margaritarum* ſignificatio & crebrior, & congruentior. Joculare eſt, quod *ὁ πάνυ Salmaſ.* in *Exerc. Plin.* p. 181. & 790. pro *jocale*, vel *jocarium* inferioris Latinitatis detortum velit, merito reprehenſus a *Voſſ.* ad *Mel. L.* 1: 15. qui *a præſtantia nitoris* ſub them. جهر derivat.

احاطة الاكمام بالثمر

Sicut circumdare ſolent tegumenta ſuos fructus. Dubium eſſe nequit, quin ad admirabilem illum, & Orientalibus gratiſſimum *fœtum palmarum* reſpiciatur. كم enim, a كمّ *operuit*, ſpecialiter deſignat *involucrum florum palmæ*, ut *Golius* in Lex. notavit, ſive *elaten*. Ἐλάτη, quæ & *σπάθη Spatha*, non *florum* tantum *involucrum* in palma, ſed & *Dactylorum* deſignat. Utrumque alias طلع appellatur. Maſculæ palmæ creant *flores*; femellæ *dactylos* pariunt. Admirabilem ſeſe præbet natura, in hiſce *fœtibus* grandi *theca* & *involucro* claudendis, uſque dum prima rudimenta dactylorum in femellis, polline florum e Maſculis adſpergenda veniant, atque vegetanda. non patiuntur anguſti, quibus hic conſtringimur, cancelli in lætum illum latumque campum exſpatiari, quo vocibus & phraſibus lectiſſimis Arabum univerſa Hiſtoria Naturalis palmarum, egregie inſtrui, & claro in lumine collocari poſſet.

لاقتبس من فوايده *Ut proficerem ex ſalutaribus ejus monitis.* Radix قبس, unde fut. in 8. conj. præ manibus eſt, ſignificat *accendere ignem ab alterius igne*, a قبس *torris ardens, aut ſimile quid, a vicino ſumtum, ad ignem incendendum.* مقباس idem. Inde pulchre enata vis *diſcendi*, itemque *docendi*, in utroque enim eſt *lumen de lumine propagatum.* اقتبس in 8. eſt *rogavit torrem aliudve quid, ad focum ſuum inſtruendum*: & figurate *ſcientiam doctrinamve alterius expetiit.* in altero etiam vocabulo فوايد, plur. fract. a فايدة *commodum, utilitas*, genius linguæ ſpeciatim aſſumſit *monita & præcepta ſalutaria.* Eſt autem فايدة proprie part. fæm. a فاد *media Je, juvit: commoditate, & opportunitate ornavit*; præcipue autem افاد in 4. co

ut proficerem ex ſalutaribus monitis ejus, atque colligerem eximia quædam ipſius dicta; audiebam illum dicentem, cùm jam incitatior eſſet in inſtituto ſuo, ſona-

B 3

contulit ei quod juvaret, frequentatur pro *correxit*, *docuit*, *ſalutaribus monitis juvit*. Et in 10. استفاد منه *adjumentum ex eo petiit, aut percepit*, eſt ab eo *edoctus, in omni ſcientia inſtitutus fuit*.

والتقط بعض فرايده *Atque colligerem eximia quædam ipſius dicta.* فرايد plur. fract. a فريدة proprie *Unio*, qui & فريد, a فرد *unicus, ſingularis fuit*. a generali poteſtate *ſeparandi*, quam Hebræi quoque tenent ſub פרד. Scholion Cl. *Golii*, & *auri ſegmenta* docet ſignificari, *qualia interponi ſolent margaritis*. Sic *Teblebius* meus hic exponit شذور الذهب تجعل فاصلة بين الجواهر *Segmenta auri, quæ media inſeruntur inter margaritas*. Sed quidni *margaritas* ipſas intelligamus, earumve *baccas grandiores*, quas ſpeciatim فرايد *Uniones* vocitant; μοναχὰ Græcis recentioribus. *Uniones* autem poſuit *Haririus*, ut quilibet facile advertit, pro *ſplendidis & eximiis dictis*; quem tamen uſum figuratum etiam illa *ſegmenta aurea* recipere poſſunt. Pro Scholiaſtis mente facere videtur formula لقط المعدن *particulæ auri quæ in fodinis colliguntur*. Maſſulæ & globuli ab ipſa natura formati. Hinc anſa porrecta, verbum التقط hic adhibendi, quod alias paulo in ſe vilius; ſplendorem nunc ſumit, & *ramentorum*, vel *maſſularum aurearum ſpicilegium* peculiariter exprimit, ingenio prædivite illius, qui loquens inducitur, cum معدن *aurifodina* comparato. لقط eſt Hebræorum לקט *rem humi abjectam rapuit. & collegit.* plerumque, ut dixi, vile, & in vilibus; conſpirante uſu Biblico: ſed quod ad rara, cara, pretioſa tamen nonnunquam ſeſe traduci patiatur.

خبّ في مجاله *Incitatior eſſet in inſtituto ſuo.* proprie, *curreret tolutim in circo ſuo.* Metaph. ab *equis*, & *equeſtri curſu*. Ex *Teblebio* diſco, Philologos Arabum diſcordare circa خبيب ſeu خبب, quæ eſt actio verbi خب, aliosque *curſum incitatiſſimum* exponere, alios سير متوسط *medium quendam currendi modum*. In Lex. *Golii tolutim incedere* declaratur; unde *tolutiloquentiam* dixit Vetus Poeta. مجال *circus, & campus certaminis*, deſcendit a جال, quod eſt גול *gyravit*.

وهدرت شقاشق ارتجاله *Sonarentque e pectore prolata extempora-*

أَيُّهَا ٱلسَّادِرُ فِي غُلَوَائِهِ ٱلسَّادِلُ ثَوْبَ خُيَلَائِهِ ٱلْجَامِحُ

في

شقاشق لتشدقهم في الكلام ويقال للفصيح هدرت شقشقته والفصحا هرت

شقشقة *Vocabulum* الشقاشق *notat pulmoneum quid, quod admiſſarius camelus e gutture ſuo promittit, quum æſtuat, & quo barritum ſuum ingeminat. Hinc Oratores vocantur Domini pulmonum, quia inter differendum os dilatant flectuntque. De Eloquente etiam dicitur, barrivit propendulus ejus pulmo, item Eloquentes appellantur latiore rictu præditi cum propendulo pulmone.*

أيها السادر في غوايه

O Tu qui attonitus in infelicitate tua. Vim τῶ سادر part. præſ. inprim. a them. سدر, egregie pandit *Teblebius*. السادر الراكب هواه الذي لا يرده شي والماسادر المتحير يقال للذي يطيل النظر الي الشمس حتى يتحير بصره قد سدر فهو سادر *Sadir eſt libidine ſua avectus, quem nihil refrenat: propria*

poraneæ orationis verba. ارتجال infin. in 8. a رجل *pedes fuit*, *pedibus aſtitit.* רגל. Inde ارتجل *extemporaneam habuit orationem*, præſertim, *rhytmo aut carmine fluentem*, quum verba quis fundit, aut verſus, *ſtans pede in uno*, ut de *Lucillio* imitator *Horatius*. شقاشق eſt plur. fract. a شقشقة *aliquid ſimile pulmoni*, *quod oeſtro percitus camelus ex ore emittit.* Inde transfertur ad *clamores acres & intentos*, anſa arrepta a camelo, *acrius tunc & altius barritum reciprocante*, quod eſt هدر. in *Hiſt Tamerl* p. 58. eſt, خرست شقاشقه *conticuere ejus intenti clamores.* Eleganter, ut ſolet *Haririus*, ex intima proprietate linguæ, conſ. 29. فلما قرت شقشقته الهادر *Cumque refrigeratus eſſet pulmo ejus barriens.* Cum ardor orationis, qua tragicum deſæviebat, reſediſſet. Digniſſimum eſt Scholion Teblebii, quod integrum hic exhibeatur.

شقشقة هي النفاخة يخرجها الجمل من حلقه عند هيجانه برجع وبهنا هديره. ويقال للخطباء شقاشق

narentque è pectore prolata extemporaneæ orationis verba: O tu, qui attonitus in inſolentia tua, laxas veſtem

proprie autem eſt attonitæ mentis vertigine affectus. Dicitur nempe de eo qui diutius ſolem intuens vertigine & caligine corripitur oculorum Sadara, ejusque participium Sadir. Sic apparet *attonitum* talem hic intelligendum, qui *libidine Cæcus & præceps fertur, præſtrictus* quaſi *fulgore* felicitatis ſuæ, quæ ei *caliginem* ſimul & *vertiginem* offudit. Alterum vocabulum غلواء a Rad. غلا ultima *Waw* in *Goliano* Lex. exponitur *celeritas & initium juventutis.* Id obſcuriuſculum. Intellige *ferociam*, *petulantiam*, *inſolentiam*, quæ præſervidæ illi ætati potiſſimum ineſt. Latius tamen vis patet, prout غلا generatim notat *exceſſit modum* in omni re. Inde غلواء proprie, ſecundum Scholiaſten eſt ارتفاع للشر ولجاج فيه من غلا في الامر وبعد قراهم غلا السعر اذا ارتفع . قال ابو البقا الغلوا نشاط الشباب جهلا ومرحا *Efferre ſe in malum, eique importunius deditum eſſe, ab eo quod dicitur exceſſit modum in re aliqua.* Inde & dicunt עלה השער *pretium excrevit ultra modum; auctor eſt Abulbeka ſpeciatim hac voce* [illegible] *petulantiam juventutis præ ſtultitia & nimia alacritate.* Apud Hebræos verbum עלה *exſuperavit, excrevit, adſcendit,* etiam de flumine ſupra rivas intumeſcente. Inde profluxit notio *ebulliendi exæſtuandique*, ſub غلا, *omniſque exceſſus*, præſertim illius, qui cum *importunitate & inſolentia juvenili* eſt conjunctus. Hoc paulo pluribus deduxi, ut lux accederet *Hoſ.* 13: 9. ubi בני עלוה vulgo capiuntur, tanquam בני עולה *filii iniquitatis*, quum ſint *filii inſolentiæ*, & *ferocis indomitæque erga Deum proterviæ.* Porro ايها eſt conflatum ex اي *quisquis*, & ها particula excitantis *age, heus.* Denique aff. ى in 3. perſona ſpectat ad ſecundam, *Quisquis heus qui vertiginoſus in inſolentia ſua*, id eſt, *tua.* Conf. *Job.* 18: 4. טרף נפשו באפו הלמענך תעזב ארץ Ubi plura notavi.

السادل ثوب خيلائه

Laxans veſtem imaginationis ſuæ. Ita proprie ſonant, quæ *Golius* ob elegantiam Latini Sermonis paulo rotundius extulit. سدل eſt *laxavit, & fluere ſivit*; ſpeciatim *veſtem*, quod eſt delicatorum & ſuperborum, Syrma trahentium. Inde hic metaphora. خيلاء eſt a خال media *Je*, *imaginari, ſuperbire*, præſertim, *vana & falſa perſuaſione atque imaginatione*; ut apud nos quoque *imaginari* eſt *ſtulte ſuperbire.*

الجامح في جهالاته

Fre-

فِي جَهَالَاتِهِ ٱلْجَامِحُ إِلَي خُزَعْبِلَاتِهِ الَامَ تَسْتَمِرُّ عَلَي
غَيِّكَ وَتَسْتَمْرِي مَرْعَي بَغْيِكَ وَحَتَّامَ تَتَنَاهَي فِي زَهْوِكَ
وَلَا تَنْتَهِي عَنْ لَهْوِكَ تُبَارِزُ بِمَعْصِيَتِكَ مَالِكَ نَاصِيَتِكَ
وَتَجْتَرِي بِقُبْحِ سِيرَتِكَ عَلَي عَالِمِ سَرِيرَتِكَ وَتَتَوَارَي عَنْ
قَرِيبِكَ وَأَنْتَ بِمَرْأَي رَقِيبِكَ وَتَسْتَخْفِي مِنْ مَمْلُوكِكَ
وَمَا تَخْفَي خَافِيَةٌ عَلَي مَلِيكِكَ أَتَظُنُّ أَنْ سَتَنْفَعُكَ
حَالُكَ إِذَا آنَ ٱرْتِحَالُكَ أَوْ يُنْقِذُكَ مَالُكَ حِينَ تُوبِقُكَ
أَعْمَالُكَ أَوْ يُغْنِي عَنْكَ نَدَمُكَ إِذَا زَلَّتْ بِكَ قَدَمُكَ أَوْ

يعطف

Frenum mordens in ſtultitiis ſuis. Ita ad verbum. Thema جمح frequentatur in *equo refractario*, & *ſeſſorem excutiente*; unde porro *præcipitem ire*, & *ruere*, itemque *reſtitare*, & *tardum eſſe*; ſic ut fiat, monente Scholiaſte, من الاضداد *ex iis quæ contraria pollent ſignificatione.* Sed eſt hoc commentum Grammaticorum; quum nullum vocabulum per ſe unquam *album* ſimul & *nigrum* eodem ſub adſpectu indicare queat. Caſu talia naſcuntur, quæ diſſidere videntur imperitis, ſed revera pulcre concinunt ac conſpirant in ſua Origine. Exemplum habemus luculentum in verbo noſtro, quod prima fronte diſcrepantiſſimas notiones *præcipitandi* & *reſtitandi*, in concordiam reducit ope *morſi ab equo frenati*, quam *contumaciam* nunc *præcipitatio* nunc *reſtitatio* comitatur.

الجماح. الي خزعبلاته.

Propenſius ad ineptias ſuas. Continuatur in priori vocabulo metaph. ab *equo contumaci*, cujus etiam eſt جناح *inclinare in ſinus*, & *deflectere* a via. Derivatum جناح *crimen* ſignat, ad quod etiam tacite alludit. خزعبيل & fœmin. خزعبلة *lud*[illegible] *lia quæque.* ſcribitur etiam [illegible] in *Camus*, atque ſecundum *Schol.* notat

ſtem ſuperbiæ, & præceps fereris in multiplici amentia propenſus ad ineptias! Quouſque perſiſtes in delicto tuo,

notat proprie ما ينرا للانسان في نومه بالخبال *quod videtur per quietem a ſomniante*. Origo & compoſitionis ratio obſcurior eſt.

مالك ناصبتك *Qui prehenſam tenet frontis tuæ comam*. Egregia imago, & digna quæ illuſtretur. مالك part. præſ. a ملك *poſſedit, dominio tenuit* מלך. Alterum ناصية eſt *coma propendula frontis*, *capronas promulſas* vocat *Apul.* נצה. Inde figura pervetuſta dixerunt اخذ بناصيته *Tenet comam ejus propendulam*, pro, *habet eum in ſua poteſtate, proque arbitrio eum ducit, reducit, circumagit, inſtar alicujus mancipii, aut jumenti.* Ex *Alcorano* citat *Schol.* ſimile dictum, ما من دابة الا هو اخذ بناصيتها *Nullum eſt jumentum, cujus non capronas ipſe teneat*, quod declarat انها بقبضة وملكه وتحت قهره وسلطانه *Ea eſſe ſub ejus manu & regno, atque adeo potentiſſimo imperio.* Pulchre *Algazalius* in *Via ad Paradiſum* فان القلوب والنواصي بيده فهو يميل لك القلوب *Nam corda & capronæ ſunt in manu ejus, & ipſe corda omnium tibi conciliabit* &c. &c. &c. In *Alcorano* etiam dæmones dicuntur reprobos بناصية *propendula coma apprehenſos*, in gehennam trahere. Apud Hebræos נצה eſt *pluma copioſior. Coma. Cæſaries*. Inde הצה & נצה *rixari. dimicare*. proprie *capronis invicem prehenſis*, vel & *arreptis plumis*, ut ſolent galli gallinacei. Arabice in 3 conj. ناصا *digladiari antiis prehenſis*; quod deinde latius ad omne *certamen* ſe extendit. *Plokhairen*.

يغني عنك ندمك *ſufficiat pro te pœnitentia tua*. Verbum غني, cujus fut. in 4. præ manibus eſt, in *Golio* exponitur, *Contentus fuit aliqua re, & pro ſufficiente ſibi eam habuit, haud indigus alterius rei.* Eſt notio prægnans; quam & Hebræi adoptarunt ſub ſuo ענה *reſpondit*; cum quo غني conferri debet, licet عني, Ain non punctato, etiam magnam partem ſibi vindicet. Sic على & غلي pro עלה, aliaque plura, de quibus alias commodius. *Reſpondere* in hac ſtructura, valet *ſufficere & explere omne illud quod requiri poſſit*: quod enim *deficit & deſtituit*, eſt ac ſi non *reſponderet*: contra *reſpondere* eleganter dici poteſt, quicquid expectationem complet & cumulat. Conf. Hoſ. 2:20, 21.

زلت بك قدمك *fefellerit te laſſu*

يُعْطِفُ عَلَيْكَ مَعْشَرُكَ يَوْمَ يَتْمُكَ مَحْضَرُكَ هَلَّا هَلَّا انتهجتْ .

laſſu pes tuus. Eſt pertrita Orienti figura, qua *offenſio* & *prolapſio* in peccatum exprimitur: cujus contrarium eſt ثبتت قدمه *firmus ſtetit pes ejus.* Sic *Alcoran. Sur.* 3: 141. *Domine condona nobis crimina noſtra, & quicquid modum exceſſimus uſpiam,* وثبت اقدامنا & *ſtabili pedes noſtros.* Aliquando *greſſus* & *pes ſtabilis* adhibetur pro *fortuna bene ſtabili ac fundata*, & contra *pes fallens labensve.* Iterum باطيب جاش واثبت قدم *perquam bono animo, ac firmo pede* in *Hiſt. Tamerl,* 105. ſignat *firmitatem intrepidam.* Quæ omnes formulæ in Pſalmis & alibi paſſim quoque reperiuntur.

او يعطف عليك معشرك

Utve vicem tuam doleat ſociorum turba. يعطف fut. in 1. Conj. a عطف *flexit, reflexit in ſe & duplicavit.* Item intranſitive, *reflecti*, id *inflecti* non tantum *propitium & propenſum* eſſe, *cum tenera affectione*, infert ſæpe, verumetiam *condolere*, ut hic. Sic *inflecti ſuper aliquo* apud *Sidon.* ep. 1: 7. eſt *miſericordia affici.* Quin & apud *Cic.* poſt *Red. ad Qu. c.* 2. *Frater erat unus qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret.* Non ergo ficta eſt hæc ſignificatio Arabica, ut Celeb. *Vitr.* putabat ad *Eſaj.* 57: 16. ubi *Lud. Capel.* יעטף tentabat vertere *miſeretur:* quamvis verſioni ejus non ſubſcribam. A *flectendo* מעטף معطف & عطاف eſt *amiculum, veſtis exterior, diverſimode flexa & corpori aptata*, ab uſu ſpeciali & ſignato in 2 Conj. quo عطّف *reflexit, circumflexit* valet, *amiculum ſuum obliquavit, & flexu ſinuque diverſo accommodavit ad corpus, id totum involvens & operiens.* Hinc cognoſcitur, quid Hebræis fuerit עטף [illegible] *ſtiendi* vocabula hacte[illegible] tis definite & enucleate [illegible] Inſignis figura eſt in [illegible] *Valles* יעטפו בר *circum*[illegible] *frumento.* ut apud [illegible] eſt *viridis amictus mont*[illegible] extat *purpureo nitore* [illegible] & apud *Liv.* quoque [illegible] *ſtivi.* Porro a *circum*[illegible] ſic *penitus involvendo* [illegible] notio *deliquii*, quum [illegible] *plicatus* undique & *ob*[illegible] *tur; cum caligine oc*[illegible] Obſcurum eſt quid ſib[illegible] 23: 9. יעטף ימין, in anim[illegible] nibus id dedi *deflectit ad* [illegible] Nec pœnitet obſervatio[illegible] haud dubie primaria [illegible] totius thematis; ſed c[illegible] riores adhuc uberius ali[illegible] ro, ſubminiſtrabunt. V[illegible] معشر *turba ſociorum* deſ[illegible]

gratumque habebis paſtum proterviæ tuæ? & quamdiu ad ſummum perges placere tibi, nec tamen abſtinere à ludicro tuo? Opponis te contumaciâ tuâ illi, qui prehenſam tenet frontis tuæ comam. Et peccare audes turpitudine vitæ contra eum, qui novit arcanum tuum. Et ſubducis te oculis propinqui tui, ubi ſub conſpectu es obſervatoris tui, & latere cupis ſervum tuum, cùm haud lateat abditi quicquam dominum tuum. An putas fore, ut proſit tibi ſtatus tuus, quando advenerit tempus migrationis tuæ? vel ut eripiant te opes tuæ, ubi te exitio dederint opera tua? aut ut ſufficiat pro te pœnitentia tua, poſtquam fefellerit te lapſu pes tuus? utve vicem tuam doleat ſociorum turba, quando comprehenderit te

 con-

عشر *decimum eſſe* עשר; & *decimare.* in 3 conj. عاشر *conſortio jungi, ſodalitatem inire*; quæ notio nata eſt ex ritu veteri, quo *ſodales prædam partituri jacta ſorte, decem faciebant portiones*, quas totidem ſagittis ſortilegis adhibitis diſtribuebant. Illæ *portiones* vocantur أعشار, & *ſodalitas tali conſortio juncta* appellatur معشر, unde porro latius quamlibet *ſodalitatem* exprimit, ut *conſortium* Latinorum.

يوم يضمك محتشر *quando comprehenderit te congregationis locus.* Diem judicii appellant ſolenni formula يوم الحشر *diem congregationis.* Inde محشر *Locus & tempus congregationis* heic *Tribunalis ultimi ſolemnitatem* ſignat. Omiſſam in Lexico vocem, appendici inſeruit Cl. *Gol.* Signatum & elegans in hanc rem eſt verbum يضم fut. in 1. a ضم *in faſciculum colligavit & conſtrinxit.* Id Hebræis etiam fuit צמם, indeque manſit צמה *coma*, proprie *plexa*, πλόκαμος. Ergo feliciter *Cocc.* in Lex. convenire ſuſpicatur cum Chald. צמצם *conſtrinxit.* Quid צמים ſit, ad *Jobum* diſquiretur.

هلا هلا Cl. *Golius Annon?* in Lexico particulam hanc exponit *agedum, adesdum.* Nempe ut *Schol.* notat, هلا تحضيض على الفعل وحث عليه *Halla eſt inſtigationis ad opus & excitationis ad illud.* Nec tamen male *Golius* dedit *An non?* eſt enim compoſitum ex هل *an* & لا *non*: dicuntque *An non facies hoc?* quum ad opus inſtigant.

انتهجت محجة اهتدايك وعجلت معالجة دايك
وفللت شباة اعتدايك وقذعت نفسك فهي أكبر
أعدايك أما الحمام فميعادك فما اعدادك وبالمشيب
انذارك فما أعذارك وفي اللحد مقيلك فما قيلك
وإلى الله مصيرك فمن نصيرك طال ما أيقظك الدهر
فتناعست

انتهجت محجة اهتدايك

incedas aperta via, quæ te recta ducat. محجة eſt *via regia*, qua tenditur *ad ſacra celebranda*, quod eſt حج .חגג illi *viæ regiæ* proprium eſt نهج, cujus oct. conj. præ manibus, Hebr. נהג *monſtravit & prævit rectum tramitem ac viam regiam.* Inde انتهج eſt *incedere per viam regiam.* اهتداء infin. 8. conj. ab هدي *recta duxit.* Ergo ſtructura exquiſita verborum ſe invicem ſuſtinentium & adjuvantium hanc præbet ſententiam, *An non incedis regia via recti ductus tui?* Latinius, *Quin incedis!*

وفللت شباة اعتدايك

Et retundis aciem iniquitatis tuæ! Inſignis figura. شباة eſt *acuminata cuſpis*, præſertim *aculeus ſcorpionis*. Homines nequam & iniqui ſunt *ſcorpiones*. *Scorpiones* item vocant *virulenta alicujus dicta & facta.* Hinc in proverbium abiit. دبت عقاربه *Scorpiones ejus reptitant*, pro *graſſatur dictis factisque virulentis.* Hebræi id, vivente lingua, extulerunt: רבו עקרבים. Inde רכה *maledicentia*, *reptatio velut ſcorpionum*, & הוציא רבה *infamiam ſpargere & calumniam.* In Cant. Cap. 7: 10. יין דובב שפתי ישנים eſt *vinum ſuccuſſo reptitare titillans labia dormientium.* Nam دبيب *repere*, *ſubrepere* etiam ſic uſurpant. Hoc obiter, ut ſcrupulus ſuper רבה, & veram ejus originem, obreperet. Redeo ad شباة *aculeum ſcorpionis*, ſemper in ictu, & conatu lædendi. Apposite ergo datur τῷ اعتداء *iniquitati*, *proprie inſeſto incedenti*, ad noxam alteri inferendam. Radix eſt عدا uls Vav. Verbum فلّ eleganter quoque huc adhibitum; valet enim *infringere aciem*, ſic ut *inciſuræ* exiſtant & *crenæ*: Unde

congregationis locus? An non incedas apertâ viâ; quæ te rectâ ducat, & properes ad medelam morbi tui, atque retusâ acie iniquitatis tuæ inhibeas animam tuam, quippe quæ maxima hoſtis tua? Nunquid mors deſtinatus tibi finis eſt; & quid à te paratum illi? Canitie commoneris ut metuas; ſed quæ excuſationes tuæ? Atque in ſepulchro cubandum tibi; & quid à te dici poteſt? Eſtque; ad Deum redeundum tibi; quis verò futurus defenſor tuus? Diu eſt, quod te expergefecit Tempus; verùm finxiſti ſomnolentum te. Traxitque te admonitio; at præbuiſti refractarium te. Et ob oculos tibi propo-

Unde فل *ruptura*, *crena* in acie enſis. in metaph. *pars fugata cohortis*. a *rupta acie exercitus*. Primitiva poteſtas thematis illius fuit *ſecare*, *inſecare*, *incidere*. Inde Hebræis פלל eſt *judicare*, *putare*. Veteres *putare vitem* dicebant, & *putare rationes*, hoc eſt *deciſis amputatisque falſis opinionibus*, *verum & integrum*, *& incorruptum retinere*; ut eſt apud *Gell*. 6: 5. Antiquiſſimæ ſignificationis veſtigium ſub פלל offert ſe *Eſech*. 28: 23. ונפלל חלל בתוכה *per gladium undique imminentem*. Vulgo *cadet confoſſus*, ac ſi a נפל foret. Rectius ut *Niphal* hujus thematis, *ſecabitur*, *conſcidetur*, *contundetur*; *omni ejus acie refracta ac retuſa*.

وقدعت نفسك *& inhibes animam tuam!* Metaph. inſtituta [illegible], eſt enim قدع *in naſo percuſſit baculo* admiſſarium, camelum equumve; atque ita *furentis impetum retudit*. Inde porro *refrenare*, *inhibere*, *compeſcere*. نفس *anima* hic eſt *cupiditas effrenata*, quæ & נפש Hebræis; unde בעל נפש *effrenata cupiditate laborans*.

في اللحد مقيلك *in ſepulcro cubandum tibi*. Ad conſ. XI. monuit *Teblebius* اللحد proprie eſſe الحفير في جانب القبر *foramen in ſepulchri latere*: thematisque لحد originem ſitam eſſe in *inclinando* & *deflectendo*. Ergo quod in *Golio* primam ſedem tenet, *excavavit foſſam in latere ſepulcri*, itemque *ſepelivit*, eſt notionis ſecundariæ. Alterum مقيل deſcendit a قال med. *Je*. *Somnum cepit in meridie*. inde مقيل *meridiatio*, & *locus meridiationis*; *dormitorium omne*, uſu, ut ſit, latius manante. *Dormire in ſepulchro*, & *dormitorium* pro *ſepulchro*, *trita*.

فتناعست وجذبك الوعظ فتقاعست وتجلت لك العبر
فتعاميت وحصحص لك الحق فتماريت وأذكرك الموت
فتناسيت وأمكنك أن تواسي فما آسيت تؤثر فلسا
توعيه على ذكر تعيه وتختار قصرا تعليه على بر توليه
وترغب

وجذبك الوعظ فتقاعست *Traxitque te admonitio, at præbuiſti refractarium te.* Similitudo ducta eſt a *camelo*, qui quum *protuberante eſt pectore*, & *dorſo introrſus depreſſo*, dicitur قعس in 6. conj. تقاعس a *Schol.* declaratur. تأخر وتشبه بالاقعس *Tergiverſatus eſt*, & *aſſimilatus camelo qui protuberante pectore & dorſo introrſum depreſſo reſiſtit.* in *Hamaſa* قعس adhibetur de eo cui præ ſenio *collum rigidum eſt & obſtipum.* Contrarium ejus affectionis eſt حدب *gibboſum & elatum fuit dorſum, pectore depreſſo.* Hoc etiam ad *ſenium incurvum* transfertur in *Hiſt. Tamerl.* p. 220. Ut ſub utroque hoc vocabulo احدب & اقعس guſtulum præbeam genii & linguæ Arabum, velim obſervari (قعس) eſſe etiam epitheton poeticum *ſtabile ac firmum* deſignans. Sic عزة قعساء *gloriam gibboſam & devexam*, *Hareth Ibn Hilliza*, cujus carmen eſt inter ſeptem *Moallekat.*

تنمينا حصون وعزة قعساء

Genus referimus ad Fortunam & Gloriam Gibboſam

Id Scholiaſtes ſimpliciter ثابت *ſtabilem* exponit; atque ita apud *Golium* ex *Zjauhario* declaratur. Plus lucis fert *Tebrizius* ad *Hamaſa*, qui eandem hanc phraſin laudans, ſic eam illuſtrat عزة قعساء

[illegible]

[illegible] *Gloria gibba dorſo prædita*, [illegible] *ab eo qui illud* [illegible] *quitare.* Eſt ergo *gloria* [illegible], *nec a quoquam ſub jugum* [illegible]

Bo-

ſita fuerunt exempla; ſed ſimulaſti cœcum te. Et nudum patuit tibi verum juſtumque; ſed contrà diſputaſti. Et meminiſſe te ſui juſſit mors: at ſimulaſti oblivíſci te. Poteſtas tibi data fuit benefaciendi aliis: non tamen benefeciſti. Præfers nummum, quem recondas, monito quod memoriâ ſerves. Maviſque inſigne ædificium efferre, quàm beneficium conferre. Ac deſiderium avertis

Eodem e fonte dixerunt مرجل اقعس *gibboſus* pro *gravi & conſtanti viro.* ليلة قعسا *Noctem gibboſam* fabricarunt Poetæ, pro *longa, protenſa*, per alium, puto, flexum, quo quicquid *incommodum accidit*, appellant *Gibboſum.* Sic ſane الة حدباء *ſtatum Gibboſum* pro *duro* & *incommodo* reperio apud *Tebrizium.* & in *Diw. Hud.* annotavit *Scholiaſtes*, شديد *gibboſum* dici احدب *calamitoſum* omne. Nonnemo ex *Hudeilitis* illis poſuit, etiam

فبـــي جنبك الحرب تحدب

Ad latus tuum, Gibboſum bellum exiſtit.

Hoc eſt *conſurgere incipit & tumeſcere.* Non abludit hinc quod eſt in *Hamaſa.*

غبـــار ذات حـــدب

Expeditio bellica gibbo prædita.

Ubi *Gibbus* adfert imaginem *celſi & invicti roboris.*

حصحص لك الحق فماريت *Nudum tibi patuit verum juſtumque, ſed contrà diſputaſti.* حق *Verum juſtumque*, eſt حصحص *nudum patuit*, pn. من تبين *manifeſtum apparuit* الحص وهو ذهاب الشعر a themate, حص *quod nudari capillis notat*, monente *Teblebio.* ماريت eſt 3. conj. a مري, *ſtrinxit* ubera, *mulſit*, *ſcutica perculſit & ad curſum adegit. in pluviam*

وَتَرْغَبُ عَنْ هَادٍ تَسْتَهْدِيهِ اِلَي زَادٍ تَسْتَهْدِيهِ وَتُغَلِّبُ حُبَّ ثَوْبٍ تَشْتَهِيهِ عَلَي ثَوَابٍ تَشْتَرِيهِ يَوَاقِيتُ ٱلصِّلَاتِ أَعْلَقُ بِقَلْبِكَ مِنْ مَوَاقِيتِ ٱلصَّلَوةِ وَمُغَالَاةُ ٱلصَّدُقَاتِ آثَرُ عِنْدَكَ مِنْ مُوَالَاةِ ٱلصَّدَقَاتِ وَصِحَافُ ٱلْأَلْوَانِ أَشْهَي اِلَيْكَ مِنْ صَحَائِفِ ٱلْأَدْيَانِ وَدُعَابَةُ ٱلْأَقْرَانِ آنَسُ لَكَ مِنْ تِلَاوَةِ ٱلْقُرْآنِ

viam diſſolvit ventus nubem, *inficiatus* eſt debitum, *abnegavit* officium. Hæc *Golius* ſub 1 Conj. ſub 3. ponit *contendit diſputando*. Omnia pendent a *ſtringendo*; *ſtringit* enim qui *mulget*, *ſtringit*, qui *ſcutica percutit*. *ſtringit* ventus nubem. *ſtringit* qui *inficiando & negando reluctatur*: aut *diſputando contentioſius renititur*. Hinc antiquam ſuam faciem ac nativam vim reſumit Hebræum מרה *immorigerus*, *rebellis*, *refractarius fuit*. Proprie *ſtrinxit*, *contentioſius reſtitit*, & *obſtrigillavit*, ut alibi latius pandam: *Eſaj*. 3: 8. למרות עיני כבודו non eſt, *ad exacerbandum oculos gloriæ ejus*, ſed *ad oculos ejus glorioſos perſtringendos*, *palamque lædendos* ac *male urendos*.

وترغب عن هاد تستهديه الي زاد تستهديه *Ac deſiderium avertis a duce, quem rectam viam roges, ad viaticum quod corroges.* Verbum رغب in *Lex. Gol.* exponitur *voluit*, *deſideravit*: item *noluit*, & *deſtitit* a re, *ejusque ſatur fuit*. Diverſitas illa pendet a conſtructione, quam egregie expreſſit noſter *Hariri*: nam ſequente الي *ad*, valet *magno deſiderio ferri*; ſequente عن *a*, ſonat *vehementius refugere*. Utraque notio eſt ſecundaria, ducta a primaria *cavitatis amplioris*, præſertim in *ventre*, unde [illegible] ſub hoc thema *cupiditatem vorandi*, & latius deinde *omnem cupiditatem avidiorem*. Hebraicum רעב eſt *eſurire*; cujus origo hinc elucet, manans a *ventre cavo* & *vorandi cupido*, ut alibi demonſtrabitur. رعب per *Ain* abſque puncto *trepidavit metu*, ex eodem fonte fluxit, nam *vehemens terror* quo quis ſibi ipſi excidit, *cavos ventres ſine mente gerit*, & *vaſtum quoddam inanitatis* relinquit. Paucis id moneo, ne minus periti turbent, & diffidere autument ab Hebræa matre, quod

cum

tis à duce, quem roges ut rectam monſtret tibi viam, ad viaticum quod tibi cupis offerri. Præponisque amorem veſtis, quam expetis, præmio quod comparare tibi poſſes. Et pretioſa munerum magìs inhærent animo tuo, quàm ſtata tempora precationis. Ac licitationes nuptialium donorum potiores apud te ſunt continandis largitationibus eleëmoſynarum. Patinæque variorum ciborum magis appetuntur tibi, quàm paginæ divinarum rerum. Et jocoſus ludus ſociorum familiarior tibi eſt lectione

cum ea pulcre concinit, atque haud pœnitendam lucem ei infert. Porro هاد *dux*, *ductor*, *director*, eſt part. verbi هدى *direxit in via*. Inde in 10. conj. استهدى eſt *petiit dirigi in via*. Idem هدى *direxit* uſurpatur etiam pro *donum attulit obtulitve*; unde in 10. Conj. استهدى valet *petiit donum efferri*, *corrogavit*. Utramque vim noſter venuſte uni periodo intexuit.

يواقيت الصلات اعلق

بقلبك من مواقيت الصلاة

Pretioſa munerum magis inhærent animo tuo, quam ſtata tempora precationis. يواقيت plur. fract. a ياقوت *hyacinthus*. صلات plur. ſan. a صلة, thematis وصل *junxit*, *copulavit favorem*. اعلق comp. & ſuperl. forma radicis علق *dependit*. Inde dicunt علق به *affixus fuit rei*, & *inhæſit ei nimio amore*; & verſa phraſi, *res ei appenſa fuit*, hoc eſt *adhæſit immoderata* affectione, & *cor occupavit*. Hinc اعلق compar. & ſuperl. *impenſius* & *impenſiſſime adfixum* cordi; quod inde divelli nequeat. An reſpexerunt ad علقة *hirudo*, *ſanguiſuga*, עלוקה in Proverbiis *Salomonis?* Cupiditates enim & immoderatæ affectiones *hirudinum inſtar adhæreſcunt*, & *ſugunt nunquam cutem miſſuræ*. مواقيت plur. fr. a ميقات *ſtatum tempus*. cujus thema eſt وقت *horam & tempus præfinivit*. Denique صلاة vel صلوة eſt deriv. fæm. a rad. صلى ult. *Vau* & *Je*, *torrere* & intranſ. *torreri. incaleſcere. ferveſcere*. unde ad *fervidiſſimas precationes* anſa aſſumta. صلاة *precatio*, ſpeciatim dicitur *ſolennis illa*, ſtatis horis quotidie obeunda ſecundum ſtatuta *Muhammedis*.

صحاف الالوان *patinæ variorum ciborum*. لون cujus plur. fract. الوان *colorem* proprie ſignat

القرآن تأمر بالعرف وتنتهك حماه وتحمي عن النكر
ولا تتحاماه وتتزحزح عن الظلم ثم تغشاه وتخشى الناس
والله أحق أن تخشاه ثم أنشد

نبا

nat. Inde transfertur ad *genus*, *ſpeciem*, *formam*; Ergo *patinæ colorum*, vel *generum* ſunt, in quibus *varietas multa ciborum* تلون in 5. Conj. apud *Golium* eſt, *mutavit animi affectum*, *eoque mutabilis fuit*; qua ſi tu dicas *diverſos induere colores*, inſtar *Chamæleontis*, unde adagium تلون الحربا *chamæleontis colorum mutatio*, in *mutabilem*, & *inconſtantem*. Quid cognationis cum hoc themate habeat לון in *Niph.* נלון *murmuravit* ſagacior ſponte ſubodorabitur.

تامر بالعرف وتنتهك حماه

Præcipis quod æquum eſt, & *ipſe violas ſacrum ejus*. Conj. 8. انتهك a نهك in Lex. *Golii* redditur *fatigavit*, *afflixit*, *extenuavit*. At heic loci *violavit*, quam notionem inter derivata præ ſe fert انتهاك infin. conj. 8. *violatio* reverentiæ, & honoris debiti. in *Kal* etiam نهك notare dicitur *Quam maxime læſit* exiſtimationem ejus. Aliarum notionum mira eſt ubertas. *inſigni cum ſtudio fecit ac molitus eſt*. *Ingenti tormento adſecit*. *Summam inflixit pœnam*. *Avide comedit*. *induit* veſtem *quoad trita eſſet*. *exhauſit uber emulgens quicquid in eo contineretur*. *vicit*, *ſuperavit*. *enarravit*.. *fatigavit*, *afflixit*, *extenuavit*. *Extenuatus* & *debilitatus fuit* continuo morbo. *Strenuus* & *invalidus fuit*. Labyrinthus. Vis filum? En tibi primigeniam vim *rumpere fricando*, vel *fricare rumpendo*. Inde univerſa hæc ſeries, qua tranſitivis, qua intranſitivis uſibus, ſua ſponte ſe evolvit, pulchriſque metaphoris decurrit. Iſtius rei deductionem harum notularum anguſtiæ non capiunt. Ceterum حمي *ſacrum*, in Lex. *Gol.* exponitur per *inacceſſum*, *vetitum*. Radix eſt حما ultima *Vav*, *præſidio cuſtodivit*, *tuitus fuit contra malum*. In 4. conj. احمي *inacceſſum eſſecit locum*. Inde חומה *Hebr.* eſt *murus*, *mœnia*; ut in *Originibus* latius pandetur; ubi etiam oſtendam, notionem hanc eſſe ſecundariam, a *fervendo* derivatam. Eſt autem حمي proprie ſubſtantivum, deſignans *id* quod *fervore* quo-

نبا

ne Corani. Præcipis quod æquum eſt; & ipſe violas ſacrum ejus: prohibesque iniquum; ſed te non contines ab eo. Et retrahis alios ab injuſtitia; tum ipſe ad eam te applicas: timesque homines, cum potiſſimum oporteat timere Deum. Tum carmine prolocutus fuit:

quodam *generoſo a ſe repellit noxam ac dedecus*, ſeque *ſacroſanctum* ſervare ſtudet. Elegans eſt Verſiculus a *Tebriſio* citatus ad *Hamaſa*.

منعنا حمانا واستباحت رماحنا
حمى كل حي فستجير مراتعه *

Defendimus ſacroſanctum noſtræ gentis, at haſtæ noſtræ profanant
Sacroſanctum cujusque familiæ, cujus herboſa luxuriant prata.

Eſt & حمي *prohibuit a noxa & dedecore alium*, unde ſequens locutio تحمي عن النكر *prohibes iniquum*, vel potius *deterres ab eo, & ſe ab iſta macula intactum ſervare mones*; quæ vis reſidet quoque in ولا تتحاماه *ſed te non contines ab eo*, ex conj. 6. hujus thematis; proprie, *ſed temet ab eo intactum & inviolatum non ſervas*. Sub iſta amplitudine intelligas ſignificationem *cavendi & evitandi* quam *Golius* huic 6. conjug. aſſignat. Non omittenda hic erat formula perinſignis حما ظهره *immunis fuit & intactus ab onere*; proprie *dorſum ſuum inacceſſum ſervavit generoſo ardore*: ſed nec illa, quæ pro clavi eſſe poteſt harum metaphorarum,

حميت انفه

exarſit, conferbuit naſus ejus; de *eo, cui* facile *bilis in naſum concitatur*, neque ullas injurias pati poteſt. Inde apud. *Zjauh.* extat, forma comparativa, هو احمي انفا وامنع ذمارا من فلان *Hic fervidiore eſt naſo, & juris ſui defendendi ſtudioſior quam ille*; qualis & حامي الذمار vocitatur *defenſor ſui juris*, qui nempe *naſo fervido* vel minimam noxam vindicat, atque a ſe procul eſſe jubet.

تَبًّا لطالب دُنْيًا ثَنَى اِلَيْهَا انْصِبَابَهْ *
مَا يَسْتَفِيقُ غَرَامًا بِهَا وَفَرْطَ صَبَابَهْ *
وَلَوْ دَرَى لَكَفَاهُ مِمَّا يَرُومُ صُبَابَهْ *

ثم

تبا *Malum.* Imprecandi formula, a rad. تبّ *ſecuit*, *reſecuit*; item, *reſectus fuit*; unde تبّت يداه in ſolennibus verbis execrationum, *amputentur manus ejus*. Hinc تبا به *male diſpereat*; & verbum تبّ abſolute *periit*. complectitur utrumque *Surata* 121: 1.

تبت يدا ابي لهب وتب

Reſecta ſunt manus Abi Leheb, & male diſperiit.

دنيا *Mundus*, *vita mundana*, *opes* etiam *mundi*, & *vita* hujus *præſentis*. Pro *opibus* & *divitiis* ſumitur ab *Abilpharag. p.* 457. ياتينه لاجل دنياه *Frequentabant ipſum propter mundum ejus*, id eſt, *opulentiam*. Eſt in origine adjectiv. forma comparat. fæm. a maſc. ادنى a them. دنى *propinquus* fuit, nec non, *vilis*; quia *cara* fere ſunt *rara* ac *remota*, ut contra *vilia* quæ *prope* ac *præ manibus*. Hinc دنيا *Mundus*, quaſi dicas *propinquiorem*, vel & *viliorem*. Ad poſterius etymon alibi adluſit noſter, quum ait

يا خاطب الدنيا الدنية

O tu qui procando ambis mundum vilem!

Prius tamen præferendum, quia locutio plena fuit الحياة الدنيا *vita propinquior*, oppoſita חיי الاخرة Vide *Alcor. Sur.* 28: 60, 61. Et *Sur.* 29: 64. وما هذه الحيوة الدنيا الا لهو ولعب ودار الاخرة لهي الحيوان *Non eſt vita hæc propinquior niſi luſus & ludibrium merum; at vita futura illa enimvero demum vita eſt.*

ثنى اليها انصبابه, *Flectit eo curſum ſuum.* Verbum ثنى convenit cum שנה *duplicavit*, *iteravit*, a *flectendi* primaria vi; ut alibi deducetur. ثنى عنانه *flexit*

Malum illi, qui mundum petit, flectens eo curſum ſuum.
Neque enim ad ſe redire poteſt, detentus amore ejus, & nimio deſiderio.
At ſi noſſet, ſatis illi de eo quod expetit, foret pauxillum.

flexit habenas ſuas eſt locutio multum trita; unde hic formatur *flectere curſum ſuum*, proprie *ſuam effuſionem*, nam انصباب eſt infin. 7. conjug. a صب *fudit*, *effudit*. Latini quoque *effundere* ad *curſum* tranſtulere: ſequens صباجة *deſiderium*, pariter ab *effuſione* ut ita dicam *affectus* & *amoris*, e quo fonte صب declaratur etiam *amore percitus fuit*. Denique صبابة in verſiculo tertio *pauxillum*, eſt *reſiduum aquæ* aut *lactis in Vaſe*, quaſi *fuſiuncula*. Notetur dexteritas *Haririi* noſtri, qui tres unius radicis metaphoras tam artificioſe inſinuatas voluit.

لبد عجاجته *depreſſit clamorem ſuum*. Phraſis digna quæ penitius excutiatur, quod genium Orientis intime exprimat & reſipiat. Ad verbum ſonat; *ſedavit pulverem ſuum*, a لبد *inhæſit* terræ & *adpactus fuit*; in 2 conj. *adhæreſcere fecit terræ* pulverem, atque ita *ſedavit*. عجاجة *pulveris* aut *fumi nebula*, a عج *vehementius flavit & pulverem excitavit* ventus. Figurate hinc, لف عجاجته عليه *diripiendi ergo in illum incurrit*, non a *clamore* ut *Golius* putabat, ſed a *pulvere*, ut ſit *glomeravit pulverem ſuum ſuper illum*. Vides turmam hoſtiliter invectam, quæ

Erigit undantem glomerato pulvere nubem

Ut *Sil. Ital.* id pingit 13: 158. Id luminis debetur adhuc *Habacuko*, qui Cap. 1: 10. *victorem exercitum* ait *Ridere omne munimentum*, & *collecto pulvere capere*. Refertur *collectus* ille *pulvis*, ad *opera* & *obſidionis* reliquum *apparatum*; ſed hoc non eſt *ridere omne munimentum*, quum *agger jacitur*, & *obſidio inſtituitur*. Nil evidentius quam *collectum* illum & *conglomeratum pulverem* referendum eſſe ad *celeritatem impetus*, quo *munitiſſima* quæque loca *rapere* ſolebat hic *aquilis ocyor* & *lupis acrior equitatus*, quaqua adverſum *attollens pul-*

ثُمَّ اِنَّهُ لَبَّدَ عَجَاجَتَهُ وَغَيَّضَ مُجَاجَتَهُ وَٱعْتَضَدَ شَكْوَتَهُ وَتَأَبَّطَ هِرَاوَتَهُ فَلَمَّا رَنَتِ ٱلْجَمَاعَةُ اِلَى تَحَفُّزِهِ وَرَأَتْ تَأَهُّبَهُ لِمُزَايَلَةِ

pulvere campos; quæ *Statii* eſt phraſis 4. *Th.* 38. Hoc jam *colligere pulverem*, ſive *celerrimo impetu ferri* transfertur etiam ad *Oratores curſum admittentes orationis* & verba *glomerantes*, quin imo *colligere pulverem* dicitur *omnis*, *qui aliquid magno ſtudio & impetu aggreditur*, & contra لبد عجاجته *ſedare pulverem ſuum*, qui *impetum remittit* & *conquieſcit*. Bene ergo *Scholiaſtes* عجاجته غبرته الثايرة المرتفعة والعجاج الغبار والدخان ايضا والعجاجة اخص منه واراد انه قطع كلامه الذي كان استرسل فيه ورفع به صوته *pulverem excitatum & elatum ſonat* عجاجة, & *maſc.* عجاج *itemque fumum*, *niſi quod fœmin. preſſius ſit & diſtinctius. vult autem eum ſermonem ſuum abrupiſſe, in quem ſe effuderat, & in quo vocem ſuam extulerat.*

غيض مجاجته *ſiccavit lacrymarum fluxum*. Radix غاض ex quieſc. med. *Je* opponitur radici فاض *excrevit* aqua, *abundavit*, ut ſit *decreſcere* & *deſidere*. Inde. غيض الدمع in 2. *inbibuit lacrimas*, *fecit eas decreſcere* & *reſidere*. pro *lacrimis* figuratius noſter dedit مجاجة *ſuccum expreſſum*, nam monente *Scholiaſte* مجاجة كل شي عصارته *cujuscunque rei ſuccus expreſſus dicitur Mozjazja*. Sic in *Diw. Hud.* reperitur مجاجة النحل *apum ſuccus expreſſus*, pro *mel*; & *pluvia* a poetis vocatur مجاجة المزن *ſuccus expreſſus nubium*. Heic loci, ſecundum *Schol.* intelligitur ما كان يسيل من عينه وانفه عند البكا *Id quod & oculis ex naſo ejus fluebat inter plorandum.* Alias, ſub-monente eodem, notat potius الريق تمجه من فيك *ſalivam quam ex ore ejicis.* ſic احمق مماج *ſtultus ſalivans.* & geminata forma مجمج *confuſius loqui*, *titubare* in ſermone, & *ſtulta proferre*, quaſi dicas *ſalivare*,

Tum quidem depreſſo clamore ſuo, & ſiccato lacrymarum fluxu, ſub brachiũ aſſumpſit manticam ſuam, & axillis ſuum ſuppoſuit ſcipionem. Cum vero fixis in eum oculis animadverteret cœtus illum ſurgere, videretque componere ſe ad deſc-

vare, quæ addi velim ad ריר חלמות *Jobi*, alibi declaratum, & חפל *Ezechielis*, de quo in *Diſp.* 3. de *Ancip.* egi.

رنى الي تحفزه *Fixis oculis animadverteret illum ſurgere.* In *Golio* رنا ultima *Vav* eſt *ſpectavit continuo.* رناء *continuo contemplans*, ſpeciatim *formarum ſpectator.* in 5 conj. ترنى *defixis oculis inhæſit* amator amicæ. Hæc ſecundaria ſunt a رنة idem quod حنين *tinnulus & tremulus ſonus chordæ impulſæ.* Oculus *vibrans* & *acrius fixiusque contuens* comparatur *arcui intento*, unde *contendere viſum*, *intendere oculos*, ἀτενίζειν, הביט. Vide etiam quæ ſupra jam adduxi ad illuſtrationem verborum רנן رن & רנה رني.

تحفز *Surgere.* conj. 5. ab حفز, cujus 8. conj. exponitur, *pedum digitis inſedit movitque ſe ad ſurgendum.* Sic *Golius.* Sed patet latius, ut in illa conſtitutione ان صلت المراة واحتفزت *quum orat mulier, pedum digitis innixa reſideat.* Male *Giggejus* p. 1010. *ſolum ſupra genua ſedeat.* Nec melius paulo ante explicuerat ركبة حافزة *illius genu æquale eſt, cum vir ſedet ſupra calcaneos juncturis poplitum plicatis, & ſuper terram adhærentibus.* Hoc ne Oedipus quidem expediverit. Deſcribi ſcias *incoxationem*, quum *genibus junctis iisdemque plicatis aliquis aſſidet ſuper coxa ſeque quam proxime ad terram demittit*, ſic tamen ut non tam *ſedeat* quam *pendeat.* Id *Apulejo* eſt *cuſſim* vel *coxim ſedere*; & *Nonio*, *in coxam ſidere*, qui ex *Pomponio* adduxit *incoxare nates.* Ab hac primaria ſtirpe ſuccrevit vis ſecundaria *properandi*, *feſtinandi*, *trepidandi*; nam احتفز *in Camus* eſt, *cum impetu erupit*, & infin. الاحتفاز *feſtina eruptio*; & التحفز *incitatio ad feſtinandum.* Scilicet *incoxatio* eſt *habitus feſtinantis & trepidantis*; quemadmodum hæ notiones quoque ſub وفز ſono vicinum concurrunt, cujus 10. dat استوفز *inſtitit pedum digitis, erecta ſuperiore corporis parte, depreſſa inferiore.* 8. متوفز *irrequietus, dormire neſciens, trepidabundus.* 5. توفز *ſe accinxit & feſtinavit.* وفز *properare, ſecit.* علي اوفاز & هو علي وفز *eſt*

لمزايلة مركزه أدخل كل منهم يده في جيبه فأنعم له سجلا من سيبه وقال اصرف هذا في نفقتك أو فرقه علي رفقتك فقبله منهم مغضيا وانثني عنهم مثنيا وجعل يودع من يشيعه ليخفي عليهم مهيعه ويسرب من يتبعه لكي يجهل مربعه قال الحرث بن همام فاتبعته مواريا عنه عياني وقفوت أثره من حيث لا يراني حتي انتهي الي مغارة فانساب فيها علي غرارة فأمهلته ريثما

ما

eſt in itinere, quaſi dicas, *eſt ſuper incoxatione* vel *incoxationibus*, quia *itinerantium*, per Orientem, magis eſt *incoxare ſemet* ad refectiunculam ſumendam, quam *diſcumbere* aut *aſſidere*. Non dubito quin idem intenderit Legiſlator, quum *iter* ingreſſuros Iſraelitas Paſcha raptim expędire & comedere jubet בחפזון, *coſſim*, illo *habitu* corporis mirifice reſpondente omnibus circumſtantiis. Vulgo *trepidanter*. Nec excluſerim, ſed *incoxationem* abeſſe non poſſe contendo, & ſic litem dirimo, qua diſputari ſolet *ſtanteſne* an *ſedentes* Paſcha celebrarint in Ægypto. Reliqua quæ ad חפז majori in luce collocandum præ manibus habeo, *Originum* libris reſervantur.

لمزايلة مركزه *Ad deferendum locum ſuum*: proprie, *ad deſerendum centrum ſuum*. Eſt enim مركز a them. مركز *defixit in terra haſtam*, & ſimile quid, *circuli centrum*. Ut κέντρον a κεντέω. Inde porro *Caſtra militum* deſignat, a *fixa in meditullio haſta*; & deinde *locum* quemvis, *ubi quis conſiſtit*, atque *commoratur*. Hic tamen ſpecialis illa notio *centri* non eſt dimittenda, quum phraſis ſit Aſtronomica مزايلة المركز *deflexio a centro*, quam pulcre hic tranſtulit noſter, conſiderans *Aretalogum* ſuum tanquam *in medio Circuli auditorum ſuorum*. Sic Conſeſſ. 28 وتخيرت المركز لاستماع الخطبة *Et centrum elegi, ad concionem audiendam.*

فانعم

deſerendum locum ſuum; immiſerunt eorum quisque manum ſuam in ſinum, & impleverunt illi ſitulam munificentia ſua; inquientes: Impendito hoc cum erogare quid voles, aut diſtribuere inter ſocios tuos. Ille quidem accepit ab iis palpebras contrahens, & regreſſus inde fuit gratias agens. Inſtituit autem vale dicere iis, qui deducebant eum; ut lateret eos quam inſiſteret viam: juſſitque qui ſequebantur ipſum, alios poſt alios abire, ut ignorarent, quonam reciperet ſe. Inquiebat Harit, Hemmami filius: At ego perſequutus illum fui, pone ab eo avertens conſpectum mei; & tergo legi veſtigia ejus ab ea parte, qua videre me non poſſet: donec perveniret ad cryptam quandam, in quam irrepſit incaute. Conceſſi autem illi moram, usque dum exuiſſet calceos ſuos, & laviſſet pedes. Deinde irrui ad illum, atque repperi aſſidentem diſcipulo cuidam ad panem ſimilagineum hœdumque aſſatum, & poſita ante ambos ſeria vini. Dixique illi: Hem tu! eſtne illud quod dicis, & hoccine quod de te dicendum? Tum ille gemebundus ſpirare, ac ſi

E exſpi-

فانعم له سجلا من سيبه

Minus recte *Golius* vertit, *implevitque illi ſitulam munificentiâ ſua*, quum ſit, *Et gratificatus eſt ei ſitulam e largo fluxu ſuo.* سيب quidem eſt عطاء *munificentia, donum*, ut ſchol. quoque vocem hanc explicuit, ſed a radice ساب, med. *je*, *fluxit*, proprietas exprimit *largiorem fluxum*, unde perfacilis tranſitus ad *liberalitatem*. Quia interim figura *ſitulæ* induci tur, primitiva illa *largioris fluxus* poteſtas haud dubie eſt attendenda.

ريث ما خلع نعليه

Uſque dum exuiſſet calceos ſuos. particula ريث non reperitur in *Golio*; pertinet ad راث media *je*, *Cunctatus eſt*, unde ad verbum eſſet, *mora qua exueret calceos.* Conjunctim ريثما pro حيثما *uſque dum* frequentatur in *Hiſt. Tamerl.* & in *Avicenna*: ſejunctim occurrit in *Abilphar. Hiſt. Dyn.* p. 340. & 350. De verbo خلع *exuere, extrahere* ſciatur, eſſe Hebræum חלץ, *Tzade* in *Ain* mutato, ut ex ארץ exit *Chald.* ארע *terra*: phraſis חלץ נעל in Bibliis nota, ut *Deut.* 25: 9, 10 Haud aſpernandam lucem خلع ad alios uſus quoque apportat. *Hoſ.* 5: 6. habe-

مَا خَلَعَ نَعْلَيْهِ وَغَسَلَ رِجْلَيْهِ ثُمَّ هَجَمْتُ عَلَيْهِ فَوَجَدْتُهُ
مُجَانِيًا لِتِلْمِيذٍ عَلَي خُبْزٍ سَمِيذٍ وَجَدْيٍ حَنِيذٍ وَقُبَالَتَهُمَا
خَابِيَةُ نَبِيذٍ فَقُلْتُ لَهُ يَا هَذَا أَيَكُونُ ذَاكَ خَبَرَكَ وَهَذَا
مَخْبَرَكَ فَزَفَرَ زَفْرَةَ الْقَيْظِ وَكَادَ يَتَمَيَّزُ مِنَ الْغَيْظِ وَلَمْ
يَزَلْ يُحَمْلِقُ إِلَيَّ حَتَّي خِفْتُ أَنْ يَسْطُوا عَلَيَّ فَلَمَّا أَنْ
خَبَتْ نَارُهُ وَتَوَارَي أُوَارُهُ أَنْشَدَ

لَبِسْتُ الْخَمِيصَةَ أَبْغِي الْخَبِيصَةَ

وانشبت

habemus חלץ מהם *ſubduxit ſe ab illis.* Quid emphaſeos ſublit docet uſus ſpecialis in *repudio, divortioque*, quo quis dicitur *manum exuiſſe.* Ita in *Hiſt. Tamerl.* p. 90. hinc extat خلع من الملك يده *exuit ex imperio manum*, id eſt *imperium renunciavit.* Adhuc ſignatius quiddam ſubminiſtrat locus *Scholiaſtis* ad *Diw. Hud.*

قالوا اخواله اقتله فقد خلعناه
والله لا نتبع بشي من دمه

Dixerunt avunculi ejus; trucida ipſum nam eum penitus exuimus, repudiavimus, abdicavimus, *per Deum propter cædem illius nulla vindicta premeris.* Eſt ergo خلع *repudiatio* feminæ, & *abdicatio* filii, qua penitus *exuitur omnis ejus cura.*

ان يسطوا علي *ne inſultaret mihi.* Ampliſſimi uſus eſt radix سطا ult. *Vav.* proprie locum habet in jumento, quum ركب راسه *ſuum ipſius caput equitat*, ut Arabes loquuntur, hoc eſt, *frenum excutit, & præceps, quo vult, abit.* Ἀφηνιάζειν. Eadem proprietas reddenda Hebræorum שטה. *Prov.* 7:25. *Ne* ישט *ad vias ejus cor tuum.* LXX Ἐκκλινάτω. Fortius & figuratius dediſſent ἀφηνιασάτω. Inde שוטה *Uxor immorigera*, ἀφηνιάζουσα, راكبة راسها ſive torum polluat, ſive minus. Ab hac primaria poteſtate tranſit porro ad *inſultus, graſſaturas, vexationes* omnes.

Per

exſpiraſſet æſtum: parumque aberat, quin dirumperetur ira. Neque ceſſavit torve ad me reſpicere, adeo quidem, ut timerem ne inſultaret mihi. Aſt poſtquam deferbuiſſet ignis ejus, ac conſediſſet flamma, recitavit carmen:

Indui prætextam expetens commodiorem vitam,

Per elegans eſt quod etiam *aquæ* dicantur *ἀφιμάζειν* سطا quum *exundant*, & *extra ripas feruntur*.

خبت نارة وتواري اوارة

Deſerbuiſſet ignis ejus, & *conſediſſet flamma*. Oratio eſt figurata, quæ *iram reſtinctam* pingit. Verbum خبا ultima *Vav* exponitur, *extinctus fuit* ignis. Non eſt primaria notio, ſed tranſlata & ſecundaria, ut videtur, a *condendo* ſub خبأ ultima *Aleph*; ſæpe enim literæ اوي אהוי in fine permutantur. Eſt ergo planiſſime Hebræum חבה unde חבי & חביון ex quieſcentibus 3 *He*. quamvis uſitatius adhuc ſit חבא quieſc. 3. *Aleph*. Firmat opinionem meam Deri. خابية *ſeria* vini, olei &c. quaſi dicas *conditorium*; & خبية *abdita res*, cujus plurale خبايا *abditos theſauros* notat in *Hiſt. Tamerl.* p. 392. *Conditum* ſane *ignem* ſub hac phraſi ſpectari, patet etiam ex altera locutione تواري اوارة quæ eſt, *delituit æſtus ejus*, nam وري in 2. *Conj.* ſignificat *celavit*. In 3. item *occultavit*. In 6. *ſemet occultavit*. de *ſole occidente* apud *Abilphar. Hiſt. Dyn.* p. 177. & in *Hiſt. Tamerl.* p. 59. اوار eſt Hebr. אור pro *æſtu ignis* poſitum *Eſaj.* 50: 11.

ابغي الخبيصة *expetens commodiorem vitam*. Verbum بغي ult. *je*, eſt idem, quod בעה *bullivit*; itemque ex *Chaldaiſmo*, ut multi volunt, *quæſivit*. Apud Arabes etiam valet, *petiit*, *quæſivit* in 1 *Conj*. & uſitatius in 4. a *bullitu* anſa ſumta, quum *animus* cum *æſtu* & *impetu fervido* aliquid *veſtigat*. In *Originibus* plura jam dedi, & nunc tantum velim caveri, ne *Cocceji* auctoritas fraudi ſit, qui *bulliendi* ſignificationem expunxit, *quærendi* illa adoptata etiam *Eſaj.* 64: 1. ubi vertit *aquas perveſtigat ignis*. Vide quid incommodi trahat ignoratio primævæ Originis. Ceterum de خبيصة jam in notulis monuerat Clar. *Golius*, eſſe *edulium ex dactylis* & *Butyro*; unde pro *commodiore* & *delicatiore victu* uſurpatur. Radix eſt خبص *commiſcuit*. Ob metrum ſilet

وأنشبت شصي في كل شيصة

وصيرت وعظي أحبولة

أريغ القنيص به والقنيصة

وألجأني الدهر حتى ولجت

بلطف احتيالي على الليث عيصة

على أنني لم أهب صرفه

ولا نبضت لي منه فريصة

ولا

ſilet *He fæmin.* ademtis ei ſuperioribus punctulis.

شيصة *Fructus.* id vocabuli in Appendice exhibuit *Golius*, ubi declaratur per *viliſſimam ſpeciem dactylorum*, *qui nucleo carent*, *quique ſiccati*, *auſteri manent.* Id genus abortivorum fert palma, ubi flore maris non fuit adſperſa. Exponitur etiam per *piſciculi ſpeciem*; quod cum præcedenti شص *hamus* magis congruit. Utrumque ponitur pro *præda viliore.* يريد انه لا يحتقر شيا *innuit ſe nihil ſpernere*, ait *Schol.*

اريغ القنيص به والقنيصة

Quo caperem omnis generis prædam. Annotavit jam Cl. *Gol.* proprie *ſeram marem & femellam* induci, a قنص *venando cepit.* Forma eſt loquendi Orientalibus adamata, unde & *Eſaj.* 3: 1. *Amovet Deus* משען ומשענה, *fulcrum marem ſimul & feminam*, id eſt, *forte ſimul & debile*, *magnum & parvum*, ut hic loci *majorem melioremque*, & *minorem ſequioremque prædam* intendit *Hariri.* De themate راغ Med. *Vav. inſidiatus eſt* vulpes, *vulpina aſtutia fuit*, tenendum ex *Scholiaſte*, proprie id valere ان ترجع وانت تخفي رجوعك *redire ſic, ut reditum tuum occultes.* Confer etiam quæ ipſe adduxit in *Hieroz.* p. 1. p. 836. ubi habes inter alia اروغ من الثعلب *Obliquior vulpe*, ex pro-

ver-

& hamum injeci meum in quemcunque fructum.

Conſtituique monitionem meam rete, quo caperem omnis generis prædam.

Namque me impulit ſæculi fortuna, ut intrare debeam lenitate technæ meæ latibulum leonis.

Nec vero extimeſco impetum ejus, neque commota mihi inde ſcapula tremiſcit.

verbiis *Damirii*. Hinc in 4 *Conj.* طلب بمكر وحلية est ارتاغ *quæſivit dolo & aſtutia*, ut *Schol.* ait, a *clandeſtino ac tortuoſo inceſſu.*

بلطف احتيالي *lenitate technæ meæ*. Melius reddas *ſubtilitate technæ meæ*, nam لطيف non tantum eſt *lenis*, *molliſque*, ſed etiam *ſubtilis* & *exilis*. Sic in eodem negotio *Sch. Div. Hud.* اللطف declarat التلطف حتي لايري tam *ſubtilem efficere ut videri nequeat*, احتيال porro eſt infin. *conj.* 8. ab حال *verti*, *verſutum eſſe* &c. &c.

ولجت علي الليث عيصه

intro latibulum leonis. Structura Arabica dat *intro ſuper leonem latibulum ejus denſum.* Nam عيصه reſolvi debet in *aff.* *u*, Vocali abjecta propter metrum, & عيص *perplexa arborum denſitas, arundinetum*, indeque *luſtrum leonis.* In *Hamaſa.*

عيص تبرا في فيه الاسود *

Perplexitas ſilvæ ubi leones rugiunt.

Intelligitur ibi *exercitus haſtis teliſque horrens, cujus in medio verſantur* ῥηξήνορες, θυμολέοντες. Simile quid & hic ſpectatur. De vocabulo ليث ליש non accedo *Hottíng.* & *Boch.* id derivantibus a لاث med. Je, in 3 conj. لايث *Leonis inſtar certavit*, aut *ſuperbivit*; & in 5. تليث *Audacem ſe ſtrenuumque geſſit.* Iſtæ enim notiones a ليث *Leone* deſcenderunt,

وَلَا شَرَعَتْ بِي عَلَى مَوْرِدِ
يُدَنِّسُ عِرْضِي نَفْسٌ حَرِيصَةٌ
وَلَوْ أَنْصَفَ ٱلدَّهْرُ فِي حُكْمِهِ
لَمَا مَلَّكَ ٱلْحُكْمَ أَهْلَ ٱلنَّقِيصَةِ

non contra. Radix haud dubie eſt لاث media *Vav*, *convolvit*, *conglomeravit*, & *in unam maſſam compegit*, Hebraice לוש, quod pauculis locis præfert vim *depſendi*; ſecundariam nempe illam, a primaria *convolvendi in maſſam*. Id verbi etiam tranſlatum eſt ad *membra compactiora*, unde لوث *robur*, & ناقة ذات لوثة *camelus multa carnis & adipis*. اللايث *Leo compactioribus membris*. Suſpicor autem ſpeciatim hoc nomine adſectum fuiſſe *Genus illud* leonum *Compactile & Breve criſpioribus jubis*, de quibus *Plin.* 8: 16. nam & لايث eſt *herba convoluta*, nec non *coma criſpa ac convoluta*, quæ vis in 8. conj. admodum frequens, *obvolutum* calamiſtro comam *criſpare*. Veram eſſe, quam pando, originem, & לוש cum لاث med. *Vav*, eadem ſtirpe teneri, liquet clariſſime ex لوات *farina maſſæ inſperſa*, unde & Arabes ſuum لاث in *depſendo terere*, colligitur.

ولا ينبض لي منه فريصه

Neque commota mihi inde ſcapula tremiſcit. Verbum نبض *micuit tremulo motu* illuſtravi in Originibus, & cum *Hebr.* נבט, ט in ץ tranſ. mutato ſecundum dialectum, convenire oſtendi. فريصة a them. فرص *ſecuit*, proprie *ſegmentum* ſonans, ſpeciatim denotat مضغة لحم في اخر الكتف تتحرك عند الفزع *particulam carnis ad extremam ſcapulam, quæ in metu contremiſcit*, ut *ſcholiaſtes* teſtatur, addens formulam ارتعد فرايصه *intremuere*, vel *intonuere muſculi ejus ſcapulares*, eſſe كناية عن الفزع الشديد *circumlocutionem vehementiſſimi pavoris.* Addit وترجف بوادره في هذا المعني ايضا *Et concuſſa fuere interſcapilia ejus* [illegible] *quoque ſenſu*. Prioris locutionis exemplum habe ex *Conſ.* 29. *Hariri*; حرت خيفة جني طارت نفسي شعاعا وارعدت فرايصي

Non tamen duxerit me ad potum, qui contaminet honorem meum, anima avara.
Quod ſi juſta eſſet Fortuna in judicio ſuo, equidem non committeret illa imperium hominibus vitioſis.
Deinde

ارتياعا فرايصي *Metu attonitus hæſi*, *ſic ut huc illuc diſſipata mens volaret*, *& muſculi ſcapulares præ pavore mihi intonuerint.* In *equis* ille *tremor ſcapularis* eſt indicium generoſitatis: unde ſux *Jobi Cap.* 39: 22 התלביש צוארו רעמה *An cervicem ejus veſtiviſti tremore illo ſcapulari*, quo irrequietam & acrem in prælia indolem ſuam prodit. רעם *contremiſcere* valuit in ſtirpe, & conſonat ferme cum رعد רעד ut alibi luculentius demonſtrabitur.

ولا شرعت بي علي مورد

Non tamen duxerit me ad potum. Figuræ lumen nativum præfert, *Non tamen aquatum propulerit me ad aquarium.* مورد מורד *deſcenſus*, ſpeciatim *ad aquas*, unde apud *Golium* porro exponitur, *Locus quem homines adeunt aquandi ergo.* Illud jam *aquarium* per multa transfert figuratus Arabum Stilus. Habet ii crebro uſu مورد العتال *Aquarium prælii*, ubi *in pericula deſcenditur* مورد الموت *Aquarium mortis* & alia ejuſdem naturæ, ſed hæc nihil ad præſentem locum, in quo *Aquarium* eſt emblema *fortunæ lautioris*, aut *hominis opulenti*, ad quem undique confluitur, ob *ſitim levandam*, id eſt *inopiam recreandam*. Radix شرع, quæ lucem inſignem infert in Hebræorum שרע, primariam tenet ſignificationem *dirigendi*, & *protendendi in longum*, unde reliquæ notiones omnes effluxerunt. Hic obtinet illa quæ apud *Golium* ſub num. 4. proponitur, *ingreſſus fuit aquam*, intranſit: a *protenſo* videlicet *collo*; in 2 Conj. hinc eſt, *in lacum*, *ſeu aquam*, *potui ergo deduxit.* Rectius ergo شرّعتْ legemus.

فالتفتّ الي تلميذه

Ego autem converſus ad diſcipulum ejus. Thema لفت *torſit*, *intorſit*, ſpeciatim nonnunquam exprimit *intorſionem oculorum & vultus* in aliquid, ſive ex metu, ſive ex alio adfectu. *Scholiaſtes* declarat per

لويت وجهي وصرفت نظري

flexi vultum meum, *& converti viſum.* Sic לפת *Ruth.* 3: 8. ויחרד האיש וילפת *& trepidavit vir ille*, *& vultum viſumque omnem in partem convertit* circumſpectans. *Cocc.* dat *contraxit ſe.* Maluit Doct. *Cler. contrectavit*, pro *fut.* in *Niph.* formam *fut. Kal* aſſumi poſſe autumans, ut conveniat cum *Jud.* 16: 29. ubi vertit *Amplexus eſt duos columnas*, imo vero *torſit*, *torquendo inflexit.* Nec obſtant ſequen-

ثم قال لي أدن فكل وإن شئت فقم وقل فالتفت الى تلميذه وقلت عزمت عليك بمن تستدفع به الأذى لتخبرني من ذا فقال هذا أبو زيد السروجي سراج الغرباء وتاج الأدباء. فانصرفت من حيث أتيت وقضيت العجب مما رأيت.

quentia, ut ait Cl. *Cler.* ubi *impuliſſe columnas* dicitur Samſon, quas prius *adprehendiſſe* eum oportuerit. Nimis ſubtile id acumen; profecto enim *apprehendiſſe* facile eum intelligo, etiamſi nemo mihi referat, qui *torſiſſe*, & *tortas impuliſſe omni niſu* refertur. Et quid jam eſſet *Job.* 6: 18. ילפתו ארחות דרכם? An & ibi *apprehendere* quadrabit? Alius ibi obtinet ſignificatus, ait Vir Doctus. Minime vero. Verte *diſtorquentur itinerantium viæ, per ambages huc illuc flectuntur.* Turbela omnis inde orta, quod ex tribus locis amplitudo radicis, & uſuum diverſitas haud internoſci potuerit. Ceterum تلميذ per *Dſal*, itemque تلميذ per *Dal*, eſſe תלמיד, non eſt quod moneam.

قضيت العجب

Summa adfectus ſum admiratione. Verbum قضى *finivit, determinavit, ſanxit, decrevit* &c. &c. eſt planiſſime Hebræum קצה ἀποτέμνειν, unde קצה *finis*, & קצה *extremus.* Primaria *ſecandi* notio inter Arabes fere obſolevit, ſecundariis bene multis ſuccreſcentibus. Inter eas eſt *pleniſſime exequi, abſolvere*

Deinde dixit mihi: Accede, & comede; & ſi voles, conſiſte, ac quieſce. Ego autem converſus ad diſcipulum ejus, inquiebam: Conjuro te per eum, quem imploras depulſorem mali, ut ſignifices mihi, quisnam hic ſit. Reſpondit ille: Eſt Abuzeidus Serogianus, peregrinorum lucerna, & literatorum corona. Tum vero ego recepi me unde veneram, ſumma affectus admiratione eorum, quæ vidiſſem.

F

ſolvere, *conſummare*, unde قضى العجب *ſummopere admiratus fuit*, proprie, *abſolvit admirationem*, vel *conſummavit*. Elegans etiam eſt forma قضى نحبه *Abſolvit iter ſuum*, vel *curſum ſtrenuum*, pro *mortuus eſt*; quod & elliptice قضى *abſolvit*. Ut Latinum *finire*, aut *finiri* καθ' εὐφημίαν. *Admiratio* autem, quæ eſt in radice عجب abditam habet, & ſane profundam originem, quam recludit Hebræum עגב *Ezech*. 23: 7, 9. & in eodem Cap. compluſculis vicibus; ut & *Jer*. 4: 30. ubi *libidinoſus affectus* deſignatur, ductus a عجب עגב πυγὴ vel ὀροπύγιον potius, ut alibi ſi non planius, plenius ſaltem dicemus.

المقامة الثانية الحلوانية

حكي الحرث بن همام كلفت مذ ميطت عني التمايم ونيطت بي العمايم بان اغشي معان الادب وانضي اليه ركاب الطلب لاعلق

من ميطت عني التمايم

Ex quo amota a me ſunt amuleta. Vocula مذ, plenius منذ, ex من & اذ conflata, idem ſonat quod מאז Hebræorum, *a tunc, a quo tempore.* Sequens ميطت eſt *paſſ.* in 1. a ماط *pepulit, abegit.* & intranſit: *Longius pulſus fuit. declinavit a vero & juſto* &c. &c. Eſt plane Hebræorum מוט *inclinari. moveri*, & quidem *cum* quadam *mole* proprie. Naturam preſſius declarabunt Origines. Nunc tantum obiter corrigam *Golium*, qui derivatum مياط exponit *propulſio vehemens in pectore*; non intellexit *Gloſſam Arabicam*, quæ eſt, اشد السوق الي الصدر, *Vehemens pulſio, quum ab aquatione abiguntur pecudes*; ut contra اشد السوق الي الورد, eſt هياط, *Vehemens pulſio cum ad aquam aguntur pecudes.* Alterius adhuc *Gloſſæ* brevitas impedivit *Golium*, qui *infinitivo* 4. ſubjicit اذي عن الطريق: id foret, *noxa e via*; ſed اماطة, quod eſt *amoliri*, per *noxam e via* exponere jocularium eſſet. Phraſis Arabica eſt اماطة الاذي عن الطريق *amoliri noxam a via*, id eſt *quicquid injuſtum & nefarium e medio removere:* eſtque inter celebrata dicta Muhammedis, *Fas omne commendatum, nefas interdictum; & incumbit omnibus* اماطة الاذي عن الطريق *amoliri noxam e via.* Ultimum تمايم *amuleta, plur. fract.* a تميمة תמים, *bulla qua collo infantium ad aptatur* pro *amuleto* ſeu *praebia* Ea demum ponitur, quum ex ephebis exceditur. Ergo *amota amuleta* ſignant *puberes annos.* Latinis etiam *bulla* ſic cognita. *Perſ.* 5: 30, 31.

Cum

DISSERTATIO SECUNDA
HULWANIENSIS.

NArravit Harith Ibn Hemmam. Operam dedi, ex quo *amota* a me ſunt *amuleta*, & *togam ſumſi virilem*, ut *frequentarem loca eruditioni dicata*, & *Camelos* meos, *ſtudiis* deditus, illuc contendendo *fatigarem*. Ut inde mihi *decerperem* quod ornamen-

 to

Cum primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit.
Bullaque ſuccinctis Laribus donata pependit.

Adde *Macrob. Saturn.* 1:6. unde percipies fuiſſe *amuletum*, nam *incluſa erant remedia adverſus invidiam valentiſſima.*

وذيطت بي العمايم *& ſumſi togam virilem.* Proprie, *& appenſæ mibi ſunt Cidares.* عمامة *Cidaris, faſcia qua caput obvolvitur. Tulbandum.* Ejus *plur. fr.* عمايم. Prius نيطت in *paſſ.* 1. a نوط *ſuſpendit.* Item *annexuit*; nam derivatum نوط a *Schol.* etiam per حبل *nexus, copula* declaratur. Ex eodem ritum Arabum condiſce اذا بلغ الصبي عند العرب الحلم انزلوا الاحراز من عنقه والبس العمامة والازار وقلد السيف *Quum puer apud Arabes attingit pubertatem, removent a collo ejus amuleta, & induitur Cidari ac cingulo, gladiuſque de collo ejus ſuſpenditur.*

اغشي مغاني الادب *frequentarem loca eruditioni dicata.* Ad verbum, *hoſpes irruerem in manſiones humanitatis.* غشي apud Golium ſign. ſec. *ſupervenit de improviſo, & obruit.* Primitiva vis eſt *operire*, unde dicunt *Veſpera, nox, operit*; jam vero cum *veſpera* & *nocte hoſpites* etiam *ingruere* ſolent. Sic nata iſta notio مغاني *plur. fra.* a مغني *manſio qua incolæ contenti ſunt & gaudent*; غني *contentus, dives, opulentus fuit.* Eſt *Hebr.* ענה *reſpondit*, illo uſu tralato, quo *reſpondere* dicuntur ea, quæ habent *venam ſufficientem*,

لَأَعْلَقَ مِنْهُ بِمَا يَكُونَ لِي زِينَةً بَيْنَ الْأَنَامِ وَمُزْنَةً عِنْدَ الْأُوَامِ وَكُنْتُ لِفَرْطِ اللَّهَجِ بِاقْتِبَاسِهِ وَالطَّمَعِ فِي تَقَمُّصِ لِبَاسِهِ أُبَاحِثُ كُلَّ مَنْ جَلَّ

tem, *divitem*, *opulentam*. Scholiaſtes legit معان a عان *juvit*. מעין.

وانضي اليه ركاب الطلب

Et camelos, *ſtudiis deditus*, *illuc contendendo fatigarem*. Arabice eſt, *macerarem illuc camelum vectarium ſtudii*. ركاب *camelus vectarius*, collective amat uſurpari طلب *petivit*, *quæſivit* &c. &c. ſpeciatim *ſtudiis operam dedit*. طالب *ſtudioſus*. Thema نضا ult. *vav*, inter alia eſt, *deleta fuit tinctura*. Inde in 4. *conj.* انضي *maceravit*, *extenuavit*, *dilutum reddidit*. Id elegantiſſime transfertur, ad *camelum* longis itineribus *exhauſtum*, *maceratum*, *confectum*. Scholiaſtes *camelum ſtudii* figurate poſitum putat, quum ait, جعل

لطلب العلم ابلا مجازا

وانما يريد اتعب نفسي في

طلبه *dedit ſtudio ſcientiæ camelum per figuram*, *id modo intendens*, *quod ſemet ipſo maceraverit in ſtudiis perſequendis*. Fallitur. Nam *longa ſibi itinera emenſa*, & *regiones* diverſas *luſtratas* innuit, ſtudiorum cauſa; atque ita *non unum* ſibi *camelum* currendo *confectum*.

لاعلق منه *ut inde mihi decerperem*. Thema علق *dependit*, *adhæſit*. Item metaph. *adhæſit ſtudio*, *amore*: *pependit quaſi in re*, vel *a re*. علق etiam dicitur pecus, *pendere* ab arbore, *quum ſummitates ejus decerpit ac depaſcitur*. pulcra imago, *pendere a ſcientiis*, pro *iis deditum & affixum eſſe*: &, *pendere ab iiſdem*, pro *eas decerpere & depaſcere*. Fallor, aut Eloquentiæ Arabicæ princeps *Haririus* noſter, utrumque nunc cum gratia & emphaſi in unum ſenſum intexuit.

مزنة عند الاوام *Nubes in æſtu*. Figura, qua *Refrigerium in inopia ac calamitate* pingitur. Conferatur *Eſaj.* 25: 5. חרב בצל עב *æſtus umbra denſæ nubis reprimendus*.

لفرط اللهج *ob exceſſum aviditatis*. Radix فرط ita tractatur in

Le-

to eſſe poſſet inter homines, & *nubem* praeſtaret *in æſtu*.. ob *exceſſum* autem *aviditatis*, qua eam mihi *ignis inſtar mutuo ſumti comparare* ſtudebam, ejusque *veſtimento ornatus* prodire geſtiebam, mulcebam me diſſertando magnis ſimul & parvis, & *aquam pluviam expetebam ab imbre*, *& a rore*,

F 3 *meque*

Lexicis, ut nec caput, nec pes compareat. Ejus Originem exhibet formula فرط النظام quum *ſeries* ſeu *linea margaritarum diſturbatur*. Crebro hinc in *Hiſtor. Tamerl.* انفرط نظامه *ſeries ejus diſturbata eſt*, pro *res ejus confuſæ & perturbatæ fuerunt*. Et فرط نظام الطاعة *ſeriem obedientiæ exſolvit*, *diſturbavit* Clarius dicam. نظام *Chapelet enfilé*, ut Gallicum illud huc advocem, *ſphærularum ſeries infilata*, figurate *ordinem* omnem amplectitur. فرط النظام *chapelet defilé*, *defilata*, *exfilata ſeries*, contra, quicquid *ordinem* & *modum excedit*, vel *extra ſeriem abit*: pro amplitudine illius ideæ, uſu omnes in partes diffuſo, in *prævertendo*, *diſcedendo*, *excedendo*, *præcipitantius agendo*, *diſſolutius & negligentius ſe gerendo*, *conturbando bene digeſta*, aliiſque metaphoris, quas *Golius* & *Giggejus* ſubminiſtrabunt. Eam eſſe vim ac proprietatem Hebraici פרע, in Originibus demonſtrabo. Hebræorum ע ex dialecto nonnunquam fit צ vel ט, & viciſſim צ vel ט fit ע. Alterum vocabulum لهج, eſt להג, ſemel tantum *Eccleſ.* 12: 12. proſtans. *Lectio* aliis, aliis *meditatio*, *ſtudium*. Ab הגה derivat *Cocceјus*. Sic imponere ſolet literarum vicinitas. Audi Arabes, لهج بالشي اذا اكثر الحديث به لحبه به وحرصه عليه *Dicitur* להג *in re aliqua*, *de eo qui multum de ea facit ſermonem propterea quod eam amet*, *& avide eam appetat*. Ea eſt vis ſecundaria. Quid jam primitivum? Latet id in *denſo*, *ſpiſſo*, *concreto compacto*, ut quum *Oxygala*, conj. XI. dicitur الهاج *condenſari*. Πήγνυσθαι.

اقتباس eſt *inf.* 8. *conj.* a *rad.* قبس *accendit* ignem, *extudit*, unde استقبس *petiit ut ignem accendere liceret*, figurate, *edoceri ſcientiam petivit*. Ad *Conj.* I. jam illuſtratum. Confer *Adag. Gal.* p. 103.

تقمص ابلاسه *Ejus veſtimento prodire*. Figura. pro *ſcientia ornatum excultumque procedere*. لباس לבוש *indumentum*, a لبس *veſtivit*. تقمص eſt *inf.* 5. *conj* a قمص cujus derivatum قميص *interula*.

Cami-

جَلَّ وَقَلَّ وَأَسْتَسْقِي ٱلْوَبْلَ وَٱلطَّلَّ وَأَتَعَلَّلُ بِعَسَى وَلَعَلَّ

فَلَمَّا حَلَلْتُ حُلْوَانَ وَقَدْ بَلَوْتُ ٱلْإِخْوَانَ

وسبرت

Camiſia. Chemiſe. Inde 2 conj. *induit*, & 5. *indutus fuit interula.* Suſpicor *Haririum* captaviſſe, in hac conſtructione vocum cognatarum, *humanitatis ornamenta exteriora* ſimul, ſimul *interiora.*

استسقي الوبل والطل *aquam pluviam expetebam ab imbre & a rore.* Schemate veſtit, quod nude dixerat, *miſcebam me magnis ſimul & parvis.* وبل *imber*, eſt *homo copioſiſſima ſcientia* alios *valens madefacere.* Radix eſt وبل *magno impetu fluxit.* Id Hebræis etiam יבל fuit, unde *Jeſ* 30: 25. פלגים יבלי מים *rivi magno impetu aquarum fluentes.* Sed hæc alias. طل טל *ros*, eſt *homo minore* quidem *illa*, ſed *placida ac jucunda pollens doctrina.* Imagines in Sacris etiam pertritæ. استسقي 10. *conj. expetivit aquam pluviam*, a سقي שקה *rigavit largius.* Poſſunt etiam *imber* & *ros* in *abſtracto* ſumi pro ipſa *doctrina.*

اتعلل بعسي ولعل *Lactabam me deſiderio & ſpe profectuum.* Prius eſt a عل *deſ. med.* proprie *altera vice bibit, hauſitve.* עלל. ut in *Origin.* editis prolixe demonſtratum. Inde تعلل *ſemet lactavit* inter alia ſonat. Voculæ ſequentes عسي *prope fuit*, & لعل *forte*, hic exprimunt *deſiderium & ſpem*, ut *Lactare ſeſe per prope & fortaſſe*, ſit *tum deſiderio, tum ſpe proficiendi ſtudiorum amorem fovere.* Scholiaſtes exponit اذهب غلة وجدي بالطمع والرجاء *pellebam ſitim curæ meæ deſiderio & ſpe.* لعل eſt *deriv.* quoque a عل per *Lamed.* ſervile, eſtque in origine *quod lactationi ſervit*, quales illæ particulæ *fortaſſe an*, *forſit*, *forſitan*, quæ ſolatioli aliquid præbent interim *ſitienter cupienti.*

حللت حلوان. *Hulwanum*, oppidum *Iracæ*, id eſt *Aſſyriæ*, *quatuor diætis* diſtans *Bagdado* ut *ſcholiaſtes* meus notavit. *Golius* in notis ad *Alferg.* p. 123. *quinque* vel *ſex* ponit. Inde quæ ad *Geographicam* deſcriptionem pertinent, repetantur. Verbum حلل 2 *conj.* ab حل *ſolvit*, *deſcendit* jumento, *ſubſtitit*, *diverſatus eſt.* Alio adſpectu *ſolvere* dicitur, qui *iter incipit*, *curſumve ingreditur.* Id Hebræis החל *incepit.* Iterum *ſolvere* eſt *liberum*, *ſolutum*, *licitum permiſſumque* tradere uſui commu-

meque ita *deſiderio & ſpe* profectuum lactabam. Quum vero *ſubſtitiſſem Hulwani*, jam *fratres expertus*, & *explorata* habens *pon-*

communi. حلال *Omne quodlicet, communis juris, profanum.* حرام *ſacrum, religionis vinculo ligatum.* חלל & חרם. Nova metaphora *ſolvi, permitti, profanari, communis juris fieri,* eſt *dedi donarique ad vexandum, trucidandumque.* Hoc intenditur formulis חללי חרב, & חללי רעב Diſcordia concors, חרם cum חלל in unum collineans uſum. חרם *inſolubili vinculo anathematis perdens.* חלל *promiſcuæ cadi ſolvens tradensque.*

قد باوت الاخوان *jam expertus fratres.* Id eſt *jam rerum humanarum probe gnarus, lætaque ac triſtia perfunctus,* ut quis mihi verbo, quisve revera *frater & amicus* foret, exploratum jam haberem. لخوان *plur. fr.* ab اخ אח *frater.* بلي ult. *je & vav, Exploravit, tentavit, experiundo probavit,* ſecundaria notione, a primaria *trita* fuit *veſtis,* quod eſt בלה *Teri, ſubigi,* inferunt ſponte *experientiam.* Ἀτριβὴς *imperitus rerum.* ἐντριβὴς *multum tritus & experiens.* مجرب *fricatus ad palum,* ut *ſcabioſum pecus,* eandem ſumſit metaphoram, & *virum experientiſſimum* peperit.

سبرت الاوزان *Explorata habens pondera.* Hoc eſt, *Quum jam rebus ſua ſtatuere poſſem pretia, & ſcirem quidquidque valeret.* اوزان *plur. fr.* a وزن *pondus.* thema eſt وزن *libravit.* Hebræis haud dubie etiam in multo uſu eſſe debuit וזן, unde veſtigium manſit *Jerem.* 5: 8. סוסים מוזנים Sunt *equi bene peculiati, ponderoſius vaſati.* Apud *Catull.* illa *pondera devolviſſe* dicitur, qui ſemet evirabat Attis سبر proprie eſt *pertentavit vulnus qua eſſet profunditate.* Inde latius *exploravit.* Supra jam collatum שבר prima *Sin.*

يتقلب في قواليب الانتساب *Verſabat ſeſe in formis genealogiæ deducendæ.* انتساب *inf.* 8. a نسب *memoravit genus inde a prima deducens origine.* Eſt vis ſecundaria. Unde? a נשב *ſpiravit, adſpiravit,* ſi bene ad calculos ſedeo, nam انسب 4. *conj.* eſt *vehementius flavit pulverem glaream ve jaciens ventus.* Id faciunt etiam *ſtemmatum altorum contextores: flant, ſpirant pulverem movent,* dum ad hanc vel illam, *nobilem domum adſpirant.* Alia metaphora نسب eſt *ultro citroque ſuſurronem egit.* Et id a *ſpirando, flandoque* fluxit. præcedens قواليب eſt *plur. fract.* a قالب *formula, forma ad quam, vel in qua, quid fingitur.* in *Conſ.* 10.

Ha-

وَسَبَرْتُ ٱلْأَوْزَانَ وَخَبَرْتُ مَا شَانَ وَزَانَ أَلْفَيْتُ بِهَا أَبَا زَيْدٍ ٱلسَّرُوجِيَّ يَتَقَلَّبُ فِي قَوَالِبِ ٱلِٱنْتِسَابِ وَيَخْبِطُ فِي أَسَالِيبِ ٱلِٱكْتِسَابِ وَيَدَّعِي تَارَةً أَنَّهُ مِنْ آلِ سَاسَانَ وَيَعْتَزِي مَرَّةً إِلَى أَقْيَالِ غَسَّانَ

ويبرز

Hariri رايت غلاما افرغ في قالب الجمال *Vidi puerum qui fuſus erat forma pulchritudinis.* Inde & hujus loci vera *forma* ac *facies* pateſcit. Prius تقلب conj. 5. a قلب *verſavit*, exponitur تصرف *ultro citroque verſari in re aliqua.* In 2. قلب item eſt صرف *ultro citroque verſavit, tractavit, excuſſit, ut nummularius nummos quos probat*: vel ut *aurifices quum ſedent ad metalla conflanda.* Ita in tranſitu condiſce vim Hebræi צרף.

ويخبط في اساليب الاكتساب *Et pede terram quatiebat in ſemitis lucri acquirendi.* Verbum خبط notat *quatere, excutere* חבט. ſpeciatim *fuſte* arborem *quatere ad folia dejicienda.* Suſpicari quis poſſet, id nunc intendi, quatenus *quercum concutere omnem* dici poteſt, qui undecumque ſibi corradit. Sed falleretur, nam ; monente etiam *Scholiaſte* hic eſt يخبط يمشي *jactabat ſeſe*, proprie *pede terram quatiebat* & quidem خبط عشواء prout *pede terram quatit camelus debili viſu, nihil diſpiciens.* Iſtam phraſin, in qua erravit ὁ πάνυ *Golius* alibi latius ad intelligentiam thematis לבט, ejuſdem ferme poteſtatis cum חבט, explanabo. Innuit *Haririus jactatorem* hunc *cæci inſtar cameli præcipitem ruiſſe in ſtandis ſuis gloriis.* اساليب *plur. fr.* ab اسلوب, them. سلب *traxit*, unde *tractus*, vel *via* & *modus* potius, quo quid trahitur, & ducitur. اكتساب inf. 8. كسب *quaeritavit victum.* An inde כשב *parva pecus.* μῆλα? An contra a *pecude* eſt *lucrum*, ut *pecunia*? Anquiretur in *Originibus.*

ال ساسان *Familia Saſanidarum.* Dynaſtia quarta Regum Perſiæ *Saſanidarum* titulo fulgebat a *Saſan*, qui Filium habuit اردشير بابكان *Ardſchyr Babechan*, illius potentiæ Conditorem. Adi *Schick. in* Ta-

pondera, quidve dedecori eſſet aut decori probe callens, deprehendi illic Aba Zeidum Seruſienſem, qui omnes *formas* genealogiæ ac *generoſi ortus ſtrenue verſabat*, & *pede terram quatiebat in viis lucri acquirendi*: jactabat autem nunc, ſe eſſe ex familia *Saſanidarum*, nunc vero genus ſuum referebat ad principes *Gaſſanidas*: prodiens nonnunquam *in veſti-*

Tarich. Regum Perſiæ p 106, 107. & *Herbelotii Biblioth. Orient.* in voce *Saſſan.*

اقيال غسان *Principes Gaſſanidæ.* Horum notitiam dabit *Pocok.* in *ſpecim. Hiſt. Arab.* p. 75, 76 &c. Scholiaſtes ait غسان قبيلة باليمن كان منها ملوك *Tribus Arabiæ Felicis, unde Reges extiterunt.* Melius *Pocok.* p. 76. qui ex *Arabia* quidem *Felice*, ſed familia *Azdenſium* oriundos, perque سيل العرم *Alcoran.* 34: 15. migrare coactos, conſediſſe docet ad aquam in *Syria* quæ غسان appellabatur, indeque appellationem iſtam deductam. Vide etiam *Herbelotium* in voce *Gaſſan.* Ceterum اقيال *plur. fract.* a قيل conſonat ferme cum Latino *Dictatores*; nam radix eſt قال *dixit.* Bene *Tebriſius* ad *Hamaſa* القيل هو الذي ينفذ قوله ويمضي امره ووصف به الملك *Vocatur kail, cui dicto audientes ſunt omnes, & cujus imperium ſuſcipitur; eoque vocabulo deſcribitur Rex.*

في شعار الشعراء *In veſtimento Poetarum* prodiens, id eſt *in circulis elegantiſſima recitans carmina.* Poſſet etiam verti *in teſſera.* Nam شعار tum *amiculum interius* deſignat, tum *teſſeram militarem*, & omne *Symbolum quo dignoſcitur* quis. Utramque notionem explicat *Teblebius* ad *Conſ.* 9. *Har.* شعار القوم في الحرب علامتهم ليعرف بعضهم بعضا واصل الشعار الثوب الذي يلي البدن والدثار فوقه قال صلعم الانصار شعار والناس دثار *In bello Sebiar vocant homines teſſeram & notam qua alter ab altero dignoſcitur. Origo autem vocis exprimit veſtem quæ corpus proxime contingit. Quæ ſupra eam, Ditſar appellatur. Dictum extat Prophetæ, Medinenſes ſunt interior veſtis, reliqui homines ſuperior.* Quid intenderit *Muhammed*, *Medinenſes*, *Adjutores* ſuos, ita dilaudans, perci-

cipie-

وَيَبْرُزُ طَوْرًا في شِعَارِ ٱلشُّعَرَاءِ وَيَلْبَسُ حِينًا كِبْرَ ٱلْكُبَرَاءِ بَيْدَ أَنَّهُ مَعَ تَلَوُّنِ حَالِهِ

cipietur ex *Hiſt. Tamerl.* p. 242. ubi *Tataros Bajazethi* ad ſua caſtra alliciens *Tamerlanes*, hoc utitur blandimento, *Vos revera eſtis propago ex propaginibus, ramus ex ramis, membrum ex membris meis* —— *Vos eſtis mihi* شعار *Veſtis interior, & reliqui homines* دثار *veſtis exterior.* Natalia vocis diſtinctius adhuc indicabit *Tebrizi* ad *Hamaſ.* الشعار الثوب الذي يلي الجسد واشتقاقه من انه يلي الشعر النابت علي الجسد *Schiâr eſt veſtis corpus proxime contingens: derivatur autem ex eo, quod pilum in corpore pullulantem attingat.* Nempe شعر eſt, ut שער *pilus*, vel potius collective *pili.* Unus autem *Pilus* dicitur 8 شعرة שערה. Adjectivum שעיר *piloſus* etiam Arabibus شَعِرٌ, pro שערה *hordeum* شعير & 8 شعيرة, quia *piloſum* eſt, & *hirſutum.* A *pilo* etiam, quod mirere, excrevit شاعر *Poeta*, cujus *plur. fract.* شعراء præ manibus. Nempe thema شعر *intellexit, ſcivit*, illa ſecundaria notione auctum fuit a *pilo*, & *ſubtilitate* ejus, quaſi dicas *ſubtiliſſime & ad tenuitatem usque pili intellexit.* Tale quid & vernacula noſtra ſubminiſtrat. **Weten op een hair.** Docuit me hanc originem *Tebriſius* ad *Hamaſa* الشعر العلم الذي يوصل اليه من مسلك دقيق ماخوذ من الشعر *Scientia dicta eſt iſto nomine, quod ad eam ſubtili quadam via perveniatur: tranſlatione facta a pilo.* Jam vero titulo شاعر *ſubtiliſſime rem intelligentis*, adſecerunt κατ' ἐξοχὴν *Poetam*, ſtilo atque adeo *pilo tenuiſſimo* carmina ſua metiri coactum.

يلبس كبر الكبراء

Induebat magnatum ſuperbiam. ילבש כבר הכבירים. In *Golio* لبس exponitur paulo confuſius; principe enim loco locatur, *obſcuram & confuſam illi effecit rem, diſſimulavit.* ſecundo, *induit veſtem*, tertio, *conſuevit*, cum muliere &c. &c. Simplex & propria vis eſt לבש *veſtivit, veſtem induit.* Inde *diſſimulavit. Obſcuravit rem, nec clare expoſuit.* Inde enim *conſuevit*; nam figurate *mulier* vocatur لباس *veſtis, indumentum viri*:

mento poetarum; ſed alio iterum tempore *magnatum ſuperbiam induens*: niſi quod cum *verſicolore* hac ſua *aſtutia*, & perſpicua ſatis fraudulentia *ornatus incederet* nitore *vultus* & *dicti*

ri. Dicunt etiam per metaphoram *induit gloriam* لبس المجد, quod eſt in *Hamaſa*. *induit impudentiam* apud *Hariri*um. Conſ. 29. quæque ejuſdem notæ infinita. Sic in Bibliis paſſim לבש. Heic loci etiam Metaphorice ſumendum putem, *induebat magnatum ſuperbiam*; ſe *in communi* licet *veſte*, ut: *Regii ſanguinis hominem inſerebat*, & *Saſanidarum*, *Gaſſanidarumve alta ſtemmata crepabat*. Majoris adhuc lucis ergo teneatur hic, quod paulo ſupra ponendum exciderat, *Saſanidarum* in Perſia imperio per Saracenos extincto, & Muhammedaniſmo invecto, complures Perſas, veteris religionis tenaces, per omnes provincias diffugiſſe, eaque occaſione multos impoſtores ſeſe *domo* illa *Regnatrice* olim *Saſanidarum* oriundos jactaſſe. Hæc ex Scholiaſte. Poſſet tamen *cultus* quoque *exterior ſplendidiſſimus* intelligi, nam *Abuzeidus* noſter non ſemper *pannis obſitus*, inducitur, ſed nonnunquam *magnifico paratu* oculos *præſtringit*.

تلون حال proprie, *in omnem colorem vertere ſuum ſtatum*. Innuitur *verſicolor*, & *verſipellis aſtutia*. Radix لون med. *Vav*. in 2. tantum, & 5. *conj*., apud *Golium*, occurrit. in 2. quidem *coloribus variavit*. In 5. *mutavit animi affectum*: *coque mutabilis fuit*. Iſta ſignificatio tracta a *Chamæleonte*, qui *colores mutat variatque*. Unde proverbium, تلون الحربا

Prout Chamæleon colores variare ſolet, in homine *inconſtanti* ac *vario*. Apud *Giggejum* eſt etiam تلون الوجه *colorem mutavit vultus*: in *irato* & *indignante*. Hinc aliquid luminis accedere videtur Hebræo לון, in ſignificatione *irati murmuris*, vel *obmurmurationis indignantis*, quæ eſt in *Niph.* נלון & *Hiph.* הלין. De qua Origine alibi latius quæram.

تبين محال *Evidentia fraudulentiæ*. A بين بان, 5. *conj*. تبين *evidens*, *manifeſtus fuit*, unde hic infin. forma. محال apud *Golium* exponitur, *Quod non eſt*, *impoſſibile*. *abſurdum*. Eo nomine complectuntur, *fraudes*, *mendacia*, *præſtigias* & *vanitates illudentes*. Ita breve *Scholion* hic dat محال كذب *Mohâl* eſt *mendacium*. Alius *Scholiaſtes*. المحال ما لا يمكن ولا يتصور *Mohâl* eſt, *quod fieri effingive haud poteſt*,

حَالِهِ وَتُنْبِئُ مُحَالُهُ يَتَجَلَّى بِرُوَاءٍ وَرِوَايَةٍ
وَمُدَارَاةٍ وَدِرَايَةٍ وَبَلَاغَةٍ رَائِعَةٍ وَبَدِيهَةٍ مُطَاوِعَةٍ
وَآدَابٍ بَارِعَةٍ وَقَدَمٍ لِأَعْلَامِ ٱلْعُلُومِ فَارِعَةٍ
فَكَانَ

poteſt. Melius *Teblebi* ad *Conſ.* 12. المحال الباطل وما لا يمكن وقوعه. *Mohal* eſt *vanum,* & *cujus poſſibilis non eſt exiſtentia.* Exiſtimem eſſe propriè *part. paſſ.*, & ſignificare *id cujus ſtatus continuo mutatur*, quod non habet *immutabilem firmitatem* ut *veritas*, ſed quod in *vaniſſima mutabilitate* nunc hanc, nunc illam formam ſumit. Hoc innuiſſe videtur *Teblebi*, addens كانه احيل عن وجهه *tanquam cujus facies mutatur.* Pulchre, & loco, ut ſolet, uſus eſt *Hariri*, & *verſicolori aſtutiæ* nunc *mutabile* illud *vanum* ſubjunxit.

يتحلي &c. &c. *Ornatus incedebat.* &c. &c. Radix حلي *ornavit monilibus, reliquoque mundo mulicbri*; ab حلي & حلية *Hebr.* חלי *mundus muliebris*; quod in originibus derivavi a *terendo*, id eſt *poliendo*, nam *trita* ſæpe ſunt *polita.* Hinc in *Alcor.* Sur. 43:17. من ينشو في الحلية *An Deo tribuent quod adoleſcit inter monilia?* id eſt *prolem femineam.* In *Conj.* 2. *Surat.* 35. 30. *Hortos Edeni intrabunt,* & *in iis* يحلون *cultiſſime ornabuntur armillis ex auro*, & *margaritis.* Noſter figuratius extulit in 5. *cultiſſime exornatus*, *expolitus erat* برواء *adſpectu*, id eſt حسن المنظر *pulchritudine & nitore vultus.* وروايه & *dicto docto*, a روي *rigavit*, ut ad *Conſ.* primum vidimus. Porro ومداراة & *blando ſermone.* infin. in 3. a دري *ſcivit. decepit.* in 3. *conj.* etiam, *feſellit*, præſertim *blanditiis*, *leniter & blande tractavit.* Hæc omnia ſunt ſecundaria, a دري *diſcriminavit capillos*, *pexuit*, *pectine diſcrevit*, & *ita leniter tractavit.* Sequitur ودراية, & *ſcientia.* Eſt actio verbi ejuſdem دري *diſcrevit*, *pexuit*, *diſcriminavit* Quid Latine ſit *diſcretio*, quid Barbare, notum. Arabes *diſcri-*

docti, & blandæ orationis, & omnigenæ ſcientiæ, & eloquentiæ copioſiſſimæ, & *extemporalis facundiæ potententiſſimæ*, & humanitatis præcellentiſſimæ, & *greſſus ſupra celſiſſimos* doctrinarum *vertices enixi*. Sic plane ut per egregium apparatum

diſcriminationem ſuam poſuiſſe videntur, pro *ſcientia explicatius diſcriminante*, id quod *implicatum* & *confuſum* fuerat.

وبلاغة رايعة & *eloquentia copioſiſſima*. Verbum بلغ *med. Dammata* eſt *facundus*, *eloquens*, *oratione efficax fuit*, a بلغ *contigit ſcopum & terminum propoſitum*: quia *per facundiam* ferme *ſcopus contingitur*. Clarius. Forma comp. ابلغ eſt *efficacior*, *penetrabilior*, & *ad finem propoſitum majore cum effectu vadens*. Speciatim *potentior* in ſermone. *Eloquentior*. Sic ergo بلاغة *efficacia* invaluit pro *eloquentia efficaciore*. Alterum رايعة *part.* fæm. a راع med. *je*, *Augmentum cepit. redundavit. Ultro citroque motus fuit*, ut aqua eminus in campo tremula ſpecie vibrans. Talis *ſpecies aquæ tremulum vibrantis* dicitur ريعان. Inde pulcra figura ريعان الشباب *tremula & vibrans ſpecies juventutis*, pro *primo ejus flore*. Et *vibrans ſpecies cujuſcunque rei* pro *prima & meliori parte*. Ergo primigenia vis & origo totius radicis eſt, *tremulum vibravit*.

Inde *redundavit*, *fluxu tremulum vibrante exuberavit*, in *curſu* etiam, unde فرس رايع *equus velox*. In *Camus* eſt ارأعت الحنطة *crevit procerius triticum*. Et مريع *fertilis & proventu abundans locus*. prout מרגוע & מרגעה explicui in *Originibus*, a רגע itidem *tremulum vibravit*. Alias metaphoras hujus radicis a *tremulo vibramine* ductas, longum foret exequi. Forte id præſtabo, quum Hebræum ריע *tremulum ſonuit*, *fracto & iterato ſono clanxit* hinc illuſtrabitur: itemque יריעה *velum tremulo vibramine motum*. بلاغة رايعة liquet eſſe *Eloquentiam redundantem*, & *vibrante* quaſi *flumine exuberantem*. Reticere tamen non debeo, *Scholiaſti* aliud viſum, qui رايعة arceſſit, a راع med. *Vav*, *terruit*, ut ſit معجزة *admirationem movens*, & veluti *terrorem horroremque incutiens vis dicendi*. Non adſpernen Sed prius prætulerim.

وبديهة مطاوعة *Et extemporali oratione potentiſſima*. Radix بده eſt *de improviſo ſupervenit*. Inde بديهة *ex tempore*. بديهة *Extemporale dictum factumve*. In

فَكَانَ لِمَحَاسِنِ آلَاتِهِ يُلْبَسُ عَلَى عِلَّاتِهِ وَلِسَعَةِ رِوَايَتِهِ يُصْبِي الي

Sext. Conj. تباذهوا *Extemporali oratione, carmine, inter ſe certarunt.* مطاوعة *part. fæm.* in 3. a طاع *obſequens fuit.* Speciatim *obſequens, promta,* & ad omnia *præſens* atque *efficax* fuit *lingua.* Illuc reſpici hac ſtructura manifeſtum.

وقدم لاعلام العلوم فارعة

Et greſſu celſiſſimos vertices ſcientiarum eſcendente. Primo قدم *pes, greſſus*, a *prægrediendo*, quod ea dici קדם قدم ineſt. Secundo اعلام *plur. fr.* a علم *ſignum.* Speciatim *collimitaneum*, ut *Golius* ait, quod *fines regit* & *vias indicat.* Inde notio ſubnata *montis*, quam *Golius* non exhibet. Audi *Scholiaſtem*

العرب تسمي الجبال اعلام لانها تدل علي الطريق في البدية *Arabes vocant Montes Signa quia monſtrant viam in deſerto. Alcor. Sur.* 42: 31 ومن اياته الجواري في البحر كالاعلام *Et ex miraculis ejus ſunt naves in mari tanquam montes alti.* Figurate *montes alti*, ſigna eminentiſſima, *ſcientiarum* pro *celſiſſimis verticibus.* Luditur etiam pulcre in علوم *ſcientiæ* plur. a علم, ab eodem themate علم *ſignavit*, unde quomodo *ſcientia* ſit orta alibi oſtendi; etiam עלם Hebræo hinc enucleato. Ultimum فارعة, eſt *part. fæm.* in 1. a فرع *ſummum tenuit.* Speciatim *ſuperavit* montem.

لمحاسن الاته يلبس علي علاته *Ob egregium apparatum ejus, morbi ipſius velarentur.* Primum محاسن in *Golio* per *benefacta, benemerita* expoſitum, eſt *plur. fr.* a محسن vel محسنة *res pulcra, præclara, elegans*; a rad. حسن *pulcher elegans fuit.* In *Hamaſa* محاسن vocantur *pulcherrimæ* & *ſpecioſiſſimæ partes* in forma muliebri. *Abulphar.* p. 396. كان محاسن الدهر *erat e ſeculi ornamentis.* Inde patet, latius uſum dimitti. Sequens الات *apparatus, inſtrumenta*; eſt *pl. San.* ab الة quod a them. ال med. *Vav*, idem eſt ac اداة *inſtrumentum, apparatus, omne illud quo quid adornatur.* Intelligitur *inſtrumentum copio-*

apparatum morbi ejus *velarentur*, & *ob ubertatem literaturæ* ejus *exoptaretur* ejus *conſpectus*, & ob *deleniſicam ejus eloquentiam*

copioſiſſimum doctrinæ & eloquentiæ. Tertium علات etiam *plur. San.*, a علة *morbus* thema عل cujus diverſos uſus digeſſi in originibus, illuſtrato inde Hebræo עלל in late ſuſis metaphoris. *Morbi* hic ſunt *vitia*. In *Hamaſa* علات · الزمان ponuntur pro *caſibus adverſis fortunæ*. Quartum denique يلبس eſt *fut. paſſ.* 1. *conj.* a لبس, *veſtivit*, *velavit*, *diſſimulavit* לבש. Scholion explicat يصاحب و يخالل *ſocius & amicus adſciſcebatur*. Nempe *veſtire*, *in lucre aliquem* pro *familiarius conſueſcere* ſupra etiam notatum. Id foret adhuc ſiguratius, & nervoſius, *atque ob egregia quibus inſtructus erat ornamenta*, *intimus amicus adſciſcebatur ſuper morbos ejus*; hoc eſt *quantumvis morboſus eſſet atque vitioſus*.

لسعة روايته يصبي اي رويته *Ob ubertatem literaturæ ejus exoptaretur ejus conſpectus.* Primum سعة a وسع *ſine modo & menſura amplus fuit*, eſt *form. infin.* exprimens *capacitatem amplisſimam* omnis rei: ſive *amplitudinem ſcientiæ* ut hic, ſive *fortunarum & opum*, ſive *potentiæ & gloriæ*, quæ omnia confluunt, & conſpirant ad ישועה, *ampliſſimam ſalutem* efficiendam, ut jam alibi declaratum. رواية *rigatio*, pro *literatura & doctrina rigante* ſupra etiam expoſitum يصبي *fut. paſſ.* in 1. *conj.* a صبي *juvenili amore affectus & propenſus fuit. impotentius amavit.* روية *conſpectus* ראיה a راي ראה *uidit*. Notetur alliteratio & luſus in ראיה *conſpectus*, & רויה *rigatio. literatura.*

لخلابة معارضته يرغب عن معارضته *Ob faſcinationem malæ ejus*, *abhorrebatur a declinatione ejus*. Sic ad verbum. Thema خاب notione 3. apud *Golium* eſt *verbis decepit & feſellit*. Inde خلابة *Act.* Originem abſtruſiorem illius ſignificationis ſecundariæ pandit *Tebriſius* الخلب هو غشا القلب يقال خلبني حب فلان اي وصل حبه الي خلبي وفلان خلب النساء اي تحبه النسا وخلاب •الذي يخلب الناس اي يذهب بعقولهم *Appellatur pericardium Chilb*, *indeque dicitur in pericardio affecit me amor*

التي رؤيته ولخلابة عارضته يرغب عن معارضته .
ولعذوبة

amor illius, quum intime penetrat & pervadit. Dicitur etiam ille eſt pericardium mulierum, pro, multum amant ipſum mulieres. Denique חלב *deceptor, faſcinator, impoſtor dictus eſt, quod homines in pericardio afficiat, hoc eſt corda ipſis auferat.* Hinc jam, quæ in *Golio* erant obſcura ſub hac radice, debitam lucem fœnerantur. Sequitur عارضة a *Scholiaſte* explicitum قوة الكلام *potentia ſermonis.* Proprie eſt *Latus maxillæ* ſeu *barba.* inſignite adhibet *Arabſja:* in *Hiſt. Tam.* p. 71. لا يزكو له ورد عارضها من شوكة عارض *Non puram ſibi fore roſam maxillæ ejus a ſpina adverſantis.* ubi عارض *maſc. form. latus transverſum* faciei, *maxilla, mala,* ſimul notat *tractum & plagam regionis*; loquitur enim de *Perſia*, tanquam de *Virgine*; cujus poſſeſſionem liberam ſibi firmare non poſſet *Tamerlanes*, niſi nobilitate veteri deleta. Habes ſub *forma fœm.* in *Golio* ذو عارضة *pollens robore & fortitudine.* Proprie, *præditus maxilla.* Locutionis vim ac originem ſic declarat *Scholiaſt.*

يقال فلان قوي العارضة
اذا قال ما شاء ولم يبال
باحد وقيل معني فلان
شديد العارضة اذا افحش
واسمع المكروه وقيل معني
فلان شديد العارضة اي لا
تقرب ناحيته واذا كان
الرجل حديد اللسان وسريع
الجواب قيل فلان ذو عارضة

Dicitur, ille eſt validus maxillæ, quum dicit quicquid voluerit, neque quemquam curat. Alii dicunt, locutionem, ille eſt fortis maxillæ, adhiberi in eo, qui obſcœna loquitur & auribus ingrata ingerit. Aliis placet validum maxillæ appellari, cujus plaga & tractus non poteſt accedi. Quod ſi aliquis fuerit acuta lingua, & promta ad reſpondendum, dicitur, ὁ δεῖνα præditus eſt maxilla. Non placent illi critici, qui عارضة improprie pro *plaga* vel *tractu* capiunt in hac formula: eſt omnino *maxilla*; nam & nos *Validum* & *firmum maxilla* appellamus hominem *ſtrenuum, impudentem, in ſermoneque vehementem.*

والعذوبة ايراده يسعف بمراده *Et ob ſuavitatem a putationis ejus, quicquid peteret impetraret.*

tiam omnes *ei occurrere geſtirent*, & ob *ſuavitatem aquationis* ejus *quicquid peteret impetraret. Pependi* itaque *a*

H *fim-*

ret. Nobilis figura, qua *Aquatio* alicujus, valet *conſortium*, *commercium*, *jucunda* & *recreans converſatio.* ايراد eſt *inf.* 4. *conj.* a ورد ירד *deſcendit*, ſpeciatim *deſcendit in aquam.* Plena phraſis eſt ورد ماء *Alcor.* 28: 23. *deſcenſus aquæ; aquatio.* Unde abſolute ورد *deſcenſus* pro *aquatione* cœpit invaleſcere; ut in Proverbio

لا افعله حتى يرد الضب

Non faciam illud, donec deſcendat Crocodilus terreſtris. Ad Calendas Græcas. Sic *deſcendere* pro *aquatum ire* ſumo *Eſaj.* 63: 14. כבהמה בבקעה תרד. Eſt figura a *jumento ſiti & laſſitudine confecto*, quod *emenſo* tandem *itinere* detractis oneribus, *aquatum ire* permittitur. Sic jam ايراد eſt *præbere deſcenſionem*, id eſt *commodam aquationem*, qua te recrees, & tædium diluas. Cum qua imagine pulchre conſiſtit عذوبة *Actio* a عذب *med. Dammata*, quod 3. ſignif. apud *Golium* eſt *Bona dulcisque fuit* aqua. Sequens يسعف eſt *fut. paſſ.* 1. *Conj.* a سعف *promovit & confectum dedit* negotium. Sic *Golius*. Apud *Giggejum* eſt سعف بحاجته *illi conceſſit quibus indigebat.* Eſt notio ſecundaria, cujus origo haud prompta. Forte fluxit a سعف *Saafon*, *ſponſæ ſupellex*, Gallice *trouſſeau*, ut ſit *ſupellectile & inſtrumento neceſſario adjuvari. Adornari.* Tandem مراد eſt *part. paſſ.* 4. *Conj. poſtulatum. Omne quod, quis petit*, a verbo راد med. *Vav. ultro citroque diſcurrit & commeavit. Ivit aquatum pabulatumve. Appetivit* & *cum ſtudio ambivit.* Ab hoc themate lucem capit Hebræum רוד, cujus etiam vis ſita eſt in *diſcurſitatione*, & *commeatione*, *ultro citroque* facta.

فتعلقت باهدابه

لاختصاصه اداب

Et pependi a fimbriis ejus ob eximias dotes eruditioni iſtius. Verbum علق *pependit*, & *affixus fuit*, ſupra jam illuſtratum. Ejus *conj.* 5. egregie & *proprium* & *improprium* uſum hic exerit. *Teblebius*

تعلقت باهدابه اي باطراف

ذوبه والاهداب في الاصل

الخيوط التي تبقى في طرفي

الثوب من عرضيه دون

حاشيته وهذا كناية عن

التعلق

وَلَعْذُوبَةِ إيرادِهِ يَشْغَفُ بِسَمَرِهِ فَتَعَلَّقْتُ بِأَهْدابِهِ لِخَصائِصِ آدابِهِ وَنافَسْتُ فِي مُصافاتِهِ لِنَفائِسِ صِفاتِهِ

التعلق بصحبته وملازمته

Pependi a fimbriis ejus, hoc eſt, *ab extremitatibus veſtis ejus*; *ſunt autem* اهداب *in radice ac origine filamenta, quæ remanent in extremitatibus veſtis, ab utroque ejus latere, ſub limbo ejus. Eſtque hæc figurata circumlocutio ſocietatis & aſſiduitatis cui deditus erat.* Confer *Zach.* 8: 24. החזיקו בכנף איש יהודי Ab hac imagine حاشية *Limbus margo, Ora veſtimenti* induit ſignificationem *aſſeclarum & clientium*, qui تشبثوا بذيل الذمة *affixi hærent ad Laciniam laxam protectionis aut patrocinii*, prout loquuntur in Oriente. Uberius id declarabitur ad *Conſeſſ.* 6. ubi Hebræum חסה ex hoc fonte fluxiſſe oſtendetur. اهداب eſt plur. fract. ab هُدْبٌ, *Cilia ſive pili palpebrarum. Cirratæ extremitates* veſtium, *peniculamenta*, *fimbriæ*. Forma هَدَبٌ exprimit etiam *comam propendulam* arboris. Et هَيْدَبٌ *Nubes propendula in pluviam prona*; quaſi *in filamenta ſe reſolvens.* Plena locutio eſt ذو هيدب *Domina comae propendulae* nubes, in *Diw. Hud.* Perſpicietur hinc quid ſint שעירים *pluviae per filamenta deſcendentes.* Porro خصايص eſt *pl. fr.* a خصيصة *Res propria ac peculiaris*, cujus *maſc.* eſt خصيص. Neutrum in *Golio* comparet, ſub خص *proprium & peculiare tribuit*; ſed extat ibi خاصّة *proprietas*, pro quo & خصيصة dicas, unde خصايص noſtrum deſignat *eximias proprietates. & peculiares dotes.* Denique آدَابٌ *pl. fr.* ab أَدَبٌ *Elegantia morum ac doctrinae.* Thema ادب.

ونافست في مصافاته لنفايس صفاته

Et

ſimbriis ejus ob ſingulares gratias Elegantiarum ejus, & *ſummo ſtudio adſpiravi* ad intimam ejus amicitiam, *ob pretioſiſſimas ejus dotes*. Eo autem *Curas* ego meas *detergebam*, & *ſoles* H 2 mihi

Et adſpiravi ad intimam ejus amicitiam ob pretioſa dotium ipſius. Verbum نافستنا eſt in *praet.* 3. a نفس *ſpiravit*. Unde نافس *adſpiravit. adſpirando* & *expetendo contendit*. Id Hebræis erat נשא נפש אל *tollere animam ad aliquid. Studioſè & ardenter adſpirare.* Ab eadem hac radice eſt نفيس, proprie *adſpiratum* & *ardentius appetitum* aut *captatum. pretioſum.* Ipſumque verbum نفس inde *pretioſa fuit res*, & tanquam *adſpirata, anhelata.* Ejus formæ *plur. fract.* eſt نفايس; eſtque multo gratioſiſſima illa ſtructura نافستنا لنفايس *ſtudioſiſſime adſpirabam ad adſpirabilia &c.* i. e. *pretioſiſſima & ab omnibus anhelata.* Philarabibus non injucundum accidet, ſi thematis hujus gloſſas confuſè & permiſtè editas apud *Golium* ex *Ziauhario*, diſcrevero, & ad Originem redegero. *Flare, Spirare* eſt primigenia notio. Hanc non expreſſerat *Ziauhari*, quod *Arabibus* ſuas Gloſſas contexebat, prout Latinus aliquis *Flandi* diverſos uſus enotaturus, proprietatem, ut notiſſimam, magno ſilentio tranſmitteret. Primum autem Gloſſema eſt نفسك بنفس *Petivit te maligno oculo.* Tu verte, ſi vim & genium linguæ velis, *ſufflavit te ſufflatu.* Inter præſtigias excantatrices eſt *ſufflatio.* Secunda ſignificatio, *peperit*, *puerpera evaſit mulier.* Proprie *flavit*, *ſpiravit* in doloribus. *Eſaj.* 42: 14. *Ut puerpera clamo*, אשם ואשאף יחד *ſimul ore ſimul naribus ſpiro.* Habes ibi נשם, unde נשמה *anima*, Arabice نسم. Male ad שמם a multis reductum. Similiter nunc noſtrum نفس, unde item נפש *anima.* Tertia claſſis exhibet نفس idem quod ضن *pepercit* rei, *tenax fuit*, quaſi tu dicas *cum ſuſpiritu*, & *invitus dedit.* Integra locutio id demonſtrabit نفس عليه بخير قايل *invidit illi.* Ad verbum *ſpiravit ſuper eo in re exigua*, id eſt *avare*, *ſordide*, *non ſine ſuſpiritu dedit.* Item نفس عليه النبي *putavit eum indignum ſeu in idoneum eſſe rei*, proprie *ſuſpiravit ſuper eo ob hanc rem.* Sequitur quarta gloſſa نَفُسَ *pretioſa fuit*, *ſeu talis habita res.* Id jam dixi intranſitive eſſe *adſpirari*, *anhelari.* Quinto, forma paſſiv,

مـــــعـــــاتـــــبه فكشت به اجلو همومي
واجتلي

paſſivi, نُعِسَتْ غُلَامًا *enixa eſt puerum*. Id conſonat cum primo, niſi quod nunc ſit, *in ſlatum, ſuſ piritumve conjecta eſt ob puerum.* Porro in 2. conj. *Levavit* mœrorem, *recreavit*, *commode tractavit*. Proprie *fecit reſpirare*. 3. conj. jam declarata. 4. ſonat, *Cupidum reddere*; quaſi *facere adſpirare*. Item intranſitive *complacuit* res, quaſi *fecit reſpirare & recreavit*. 5. *Reſpiravit. anhelavit. duxit longiorem ſpiritum*. Hinc diſcrimen inter נשמה نسمة, *ſpiritus, flatus exilior*, & נפש نفس *ſpiritus, flatus longior*. Speciatim تنفس *bibere ἀμυστὶ, ſpiritu non intermiſſo.* Aliquande tamen contrario adſpectu, *reſpiravit inter bibendum.* Iterum in 5. *illuxit* aurora. Nempe *adſpiravit*. Nec non, *increvit, augmentum cepit dies*. Id *Cant*. 2: 6. eſt. עד שיפוח היום. *Donec adſpiret dies*. Item *diffudit* aquam unda. Eſt hæc *Virgiliana* imago Æn. 10: 291.

Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat unda.

Male *Servius* & alii *ſperant*. Raritas fraudi fuit. Aliter iterum تنفس *fiſſus fuit* arcus, *ſpiravit* quaſi, & *cum ſpiritu crepuit*, qualiter *veſica*. Pro cumulo ſit elegantiſſima vis a *Zjauhario* non annotata, qua تنفس eſt *moram longiorem traxit*, a *reſpirando*. In *Nawab'g*

النـاس اكثرهم اغمار
وان تنعست بهم الاعمار

Homines maximam partem imperiti:
Etiam ſi ſecula ipſis reſpirent, id eſt, *protrahantur*.

وصـــــفي مصافاته اصفـــــائه

Eſt alliteratio, cui majorem in modum delitus Oriens. Prius eſt *inf*. 3. a صفا ult. *Vav*. *Clarum*, *defæcatum fuit* vinum. Inde صافا *ſincero*, *purique adfectu fuit* ergo aliquem. In 1. *Conj*. *Abulph* eleganter extulit p. 308. لا يـتـغـير قلبه لمصافيه ,ولا

Non

mihi *candidi illucebant*, *hilari* & *renidente vultu* ut ſponſa

H 3 ſpon-

Non defæcatum eſt cor ejus vobis. Sequens صفات eſt plur. Sau. a صفة *Qualitas. forma. attributum. proprietas. dos.* Thema eſt وصف *deſcripſit*, quaſi dicas *deſcriptionem*, vel *deſcriptam qualitatem.*

اجلو همومي

detergebam curas meas. Ultimum هموم eſt pl. fr. ab هم *ſollicitudo* a themate هم *tabuit*, & *tabeſcecit.* *Tabeſcere* curis, *intabeſcere*, omnibus in linguis notum. המם Hebræorum hinc illuſtratum in Originibus. Cum eorundem גלה conſonat noſtrum جلا ult. *vav. Exceſſit* e patria, *migravit*, *exulavit*; & tranſitive, *in exilium deportavit.* Secundaria eſt notio hæc. primaria eſt *deterſit*, & *deterſus* fuit. *Nitidum*, *clarum*, *nudum*, *glabrum reddidit* aliquid; & *nitidus*, *clarus*, *nudus*, *glaber*, *calvus factus* fuit. Hinc جلا *Manifeſtavit*, *retexit rem*: Hebraice גלה *Revelavit.* Et alio adſpectu جلا *in exilium egit*, qu ſi dicas *deterſit locum* aliquem, incolis ab ductis; & *ſede* ipſorum *nuda* relicta. Affinis eſt imago 2 *Reg.* 21: 13. *Extergeo Hieroſolymas*, *quemadmodum* quis *exterget paroſidem*; *exterget* & *everſam capite ſiſtit.* Ad Originem hanc alluſum in *Hiſt. Tam.* p. 153.

انما اردتمنا بذلك
تبديد الناس
وتشريدهم واجلاهم عن
اوطانهم وتجريدهم

Utique intenditis tantum hoc conſilio veſtro ſeparare homines, & *diſpergere*, *eoſque detergere a ſedibus ſuis*, *atque decorticare.* id eſt *deripere. detrahere. depellere.* Noſtrum *detergere curas*, aut *tabidas ſollicitudines* eſt alterius naturæ, *rubiginem* moeroris *diſcuſſam* indicans, & *animum vultumque nitidatum*, *hilaratum.*

اجتلي زماني *طلق
الوجه ملتمع الضياء

Venuſtiſſima periodus. verbum e verbo; *Nitidum adſpiciebam tempus meum*, *exporrectum vultu*, *micans ſplendore.* Id liberiore verſione exprimendum fuit, ut mens Hariræi perciperetur. اجتلي in 8. *conj.* a جلا, quæ ſpeciatim valet *Retectam* & *nitentem aſpexit ſponſam.* Cum *ſponſa formoſiſſima* ergo hic comparantur *dies beatiores*, quibus *ſoles candidius lucere* videntur. Iudæi conſimiliter *Sabbathum* appellitant *Sponſam.* A طلق *ſolvit*, *laxavit*, *deſcendit*

locu-

وأجتلي زماني طلق الوجه ملتمع الضياء
أري بقربه قربي ومغناه غنية ورؤيته
ريّا ومحيّاه لي حيّا ولبثنا علي ذلك
برهة ينشي لي كل يوم نزهة ويدرأ
عن قلبي شبهة الي أن جدحت له يد الإملاق
كأس الفراق وأغراه عدم العراق بتطليق العراق

وا

locutio طلق الوجه *ſolutus* vultu. *exporrectus. nitens.* Rectiſſime autem *Tempus exporrecto vultu* inducitur, quum & *caperare frontem* dicatur idem tempus, ſub radice كلح, cujus participium كالح eſt *homo rugoſa ac caperata fronte*, item, *fortuna irata & adverſa.* Uterque uſus in Libro *Jobi* ſervatus ſub כלח. Alibi hoc latius. *Micans Splendore* tempus, eadem figura: ſic tamen, ut & in *Sponſum* phraſis illa, uti etiam ſuperior, quadret. ملتمع *part.* in 8. a لمع *micuit, tremulum coruſcavit.* ضياء *lux, ſplendor*, a ضاء צוא *emicuit*, ignis, in 4. *conj. emicare fecit.* Honeſte nonnunquam *excrevit & ſparſim crecit* urinam, purgamenta naturæ. Ecquid agnoſcis רעי *excrementum*, & צוֹאָה? quaſi dicas *emicationem.* Ab eadem radice pullulaſſe videntur צאצאים *propagines, germina emicantia* terræ, ſtirpis, familiæ.

ومحياه لي حيا *Et vultum ejus pro ubertate annonæ.* Uterque Scholiaſtes pro *vultu* dat *vitam*, qui legerunt مَحْيَاهُ; a مَحْيَا idem ac حياة; thematis حيّ *vixit.* Non promtum habuere vocabulum مُحَيًّا *vultus ſalutatus*; & latiore uſu *vultus*, præſertim *honoratus & ſpectabilis.* Eſt *part. paſſ.* 2 *conj.* ab eadem radice. *Tebrizi* ad *Hamaſa.* المحيا الوجه من الانسان

لانه

ſponſo *arridentes*: reputanti *familiaritatem* ejus *pro* omni *affinitate*, & *domum* ejus *pro ſufficienti poſſeſſione*, & *conſpectum* ejus pro *irrigatione*, & *vultum* ejus, pro *ſumma ubertate* annonæ. Hoc in ſtatu perſeveravimus ad longum temporis ſpatium, quo ille mihi quotidie novæ aliquid voluptatis producebat, & a corde meo tenebras dubiorum diſpellebat, donec *miſcuit ipſi manus inopiæ poculum diſcidii*, & impulit eum *defectus oſſis quod roderet* ad *vale dicendum* Chaldææ, & ex-

لانـــه يخص عـــنـــد

التسليم بـــالـــذكـــر

فيـقـال حـيـا الله وجهك

Mohaija eſt vultus hominis, quia ille peculiariter inter ſalutandum ſolet memorari, dicitur enim, vita beet Deus vultum tuum. Sic ergo *ſalutatus* invaluit pro *vultu*. Crebro utuntur Poetæ, noſterque poetarum floſculos undique carpens. Sequens حيا eſt, Teblebio declarante مطر عظيم وخصب *pluvia copioſa, & ubertas annonæ.* Notentur ſpiſſæ paranomaſiæ inter محيا & حيا; præcedenſque مروية & ريا cum معني & غنية, nec non قربه & قربي.

جـــدحـــت يد الاملاق كـــأس الفراق. *Miſcuit illi manus inopiæ poculum diſcidii.* Prius جدح *ſpatha*, quæ مجدح di-citur, *commovit* medicamentum, atque ita *miſcuit*. املاق inf. 4. a ملق *delevit*, cum aliis notionibus compluſculis. Inde املق *Ad inopiam redactus fuit. impos evaſit.* Item, *Caſpitavit, in lubrico procidit equus.* Origini aperiendæ clavem porrigit *Teblebius*.

الاملاق الفقر وهو من الملقة

وهي الصخرة الملساء فاملق

كانه صادف ملقة لا تنبت

شيا من خصب ومثله اكدى

الحافر اذا صادف كدية

Imlâk vocatur inopia, a Malaka, quod eſt ſaxum læve. Unde Amlaka quaſi dicas pervenit ad Saxum læve, quod nihil producit copiæ ac proventus. Sic dicitur pervenire ad ſolum durius, qui fodiens, & aquarum venas quærens, illiditur. Nempe اكدى *pervenit ad ſolum durius* etiam adhibetur figurate in eum, qui *inops* & *egenus* incidit in *divitem*

وَلَفَظَتْهُ مَعَاوِزُ ٱلْإِرْفَاقِ إِلَى مَعَاوِزِ ٱلْآفَاقِ وَنَظَمَهُ فِي سِلْكِ

tem aridum, & *triparcum*, cujus *opem fruſtra implorat.* Aliud adhuc veriverbium tentat. ويحتمل ان يكون املق من الملق وهو التلاين والتذلل لان الفقر يلين صاحبه ويذله *Fieri etiam poteſt ut Amlaka, inops evaſit, ſit a Malak, quod eſt lenem ſe præbere & ſubmiſſum, quoniam inopia lenem & ſubmiſſum reddit.* Videlicet ملق מלק continet in origine λειότητα. Inde ملق & ملقة eſt *petra levis, glabra. A glabro & levi* porro *blandus*; a *blando, mollis, lenis, demiſſus.* prius a *Saxo glabro* præferendum autumo; eſt enim imago perfamiliaris Arabibus qua *petras*, & *ſaxa glabra* transferunt ad *ſummam mendicitatem.* illuſtrabitur hinc figura. *Job.* 31: 4. בחסר ובכפן גלמוד *in inopia & egeſtate duriſſimus ſilex.* Vocabulum גלמוד جلمود ſignat proprie *ſilicem duritie quaſi Congelatum.* Ceterum notiones diverſæ thematis ملق ἀπὸ τῦ λείου elluxerunt, nam *delere* eſt λειοῦν. *Lavare* veſtem eſt λειοῦν, *ſubigere* molliendo & macerando in aqua. Inde etiam *ſubigitare*, obſcoeniuſculo uſu. Etiam *ſubagitare* illud pro *ſugere ubere* uſurpatum. Porro *percuſſit demulſitve* fuſte, eſt λειοῦν, *Commitigare*, ut *Terentius* traduxit. *Blandiri* & *adulari*, a *glabro* manarunt. החליק. Denique *decidit de digito* annulus; proprie *Lubricus & glaber fuit.* in 2 *Conj*, ملق *Levigavit. Complanavit.* Iſtud λειοῦν *complanare* videtur nobis reſtituere deperditam notionem thematis מלק *Lev.* 1: 15. & 5:8. מלק את ראשו ut *Avicularum mactatio* nihil aliud fuerit quam *capitis complanatio*, & *compreſſio inter digitos*, ſine *jugulo ſciſſo, ruptove*, ut diſerte additur in textu poſtremo. Sequitur كاس الفراق *poculum diſcidii*, quod *Manus inopiæ miſcuiſſe* dicitur, figurate. *Hebr.* כוס הפרוק. Habent quidem Arabes كاس poculum, etiam med. *Vav.* ſed elegantius effertur per mediam *Aleph.* Eſt autem *poculum vini plenum.* Nam ſi *vinum* non ſit *infuſum*, vocabulo huic locus non conceditur. Auctor mihi & fundus eſt *Jeblebini* ad *Conſ.* 10. لا يقال للقدح كاس الا اذا كان فيه شراب *Poculum non vocatur* כוס, *niſi quum vinum in eo eſt.* Addit ibidem complusculas voces, quibus ſimilis ſubeſt indoles, de quibus commodius alias. Ut autem כוס Hebræis tri-

& *expulerunt* eum *neceſſitates commoditatum* vitæ, ad *deſerta* terrarum omnium percrranda, eumque *filo* comitum

I

tritum in *portione* ac *ſorte ingrata*, quaſi *potionem amaram* diceres; ſic Arabibus quoque nihil familiarius *Hariri Conſ.* 28.

ووثبت فيهم وثبة الذيب الضري علي الخروف

وتركتهم صرعي كانهم سقوا كاس الحتوف

Et inſilui in eos ritu lupi irritati in agnos:
Et liqui eos ſtratos, ac ſi poculum necis eſſent potionati.

In *Hiſt. Tamerl.* p. 183. ان يسقوهما كاس حين *Ut potandum daret ipſis poculum exitii.* Plenius pag. 228. فسقوا كل واحد منهم خمرة ساب

الروح والمال كاسين *Et potionarunt quemque eorum vinum raptæ vitæ ſimul, ſimul opum, duo pocula.* Novo iterum adjuncto colore pag. 322.

واذا بساقي الموت فاجاهم بكاسات الثبور *

Ecce autem Pincernam Mortis, qui oppreſſit eos poculis exitii.

Hæc *pocula turbinibus miſta* jam dederat etiam p. 320.

وسقوهم كاس السموم وجرعوا كاس الحرور

Et potionarunt eos poculum venti venenati diurni, ſorpſeruntque poculum venti venenati nocturni.

Eadem eſt figura *Pſal.* 11: 6. רוח זלעפות מנת כוסם *Ventus æſtuum venenatorum portio calicis eorum.* In *Moallekât* reperio اسقيهم بكاس حياض الموت *Bibendum præbe ipſis calicem aquariorum mortis.* Ubi per *mortis aquaria* intelliguntur, *acies* & *prælia*. Conſimili ſenſu poſitum illud in *Hamaſa*.

وقد

سلك الرفاق خفوق راية الاخفاق
فشخن

وقد سقي القوم كاس النعسة السهر *

Et potionarat jam homines poculum dormitationis vigilia.

Id eſt *præ longa vigilia alto ſomno oppreſſi jacebant.* Hinc lucis nonnihil accreſcit imagini Eſaj. 29: 9, 10. *Inebriati ſunt & non vino*; potione nempe multo potentius mergente: *quoniam infudit ſuper vos Deus ſpiritum ſoporis* &c. &c.

اغراه عدم العراق بتطليق

العراق *Inſtigavit ipſum defectus oſſis quod roderet, ad vale dicendum Chaldææ.* Radix غرا ult. *Vav* & *je*, *agglutinare* & *agglutinari.* unde ſecundariæ notiones *pinguitudinis obductæ*; *ſtudii deditiſſimi & glutine adfixi* veluti; *irati* etiam *impetus* inſtar canum *mordicus agglutinatorum.* In quarta اغرا *inſtigavit canem*, *fecit agglutinari morſu* ad prædam. *Excitavit lites & inimicitias.* Id Hebræis fuit גרה, cujus thematis genuina poteſtas nondum conſtitui potuit a Lexicographis.

عُرَاق eſt *Plur. fr.* a عَرْق *Os denudatum carne.* Thema عرق *Roſit. Rodendo nudavit os carne* Hinc explicandum autumo *Job.* 30: 3. הַעֹרְקִים צִיָּה Vulgo *fugientes in aridam ſolitudinem*, ex *Chaldaica* notione. Fortius erit, & figuratius, *Rodentes aridam ſolitudinem.* De qua figura ad *Jobum.* Ibidem ℣ſ. 17. *Oſſa mea pertundit*, ועֹרְקַי לֹא יִשְׁכָּבוּן *Et arteriæ mea non quieſcunt*, ita vulgo; & quidem uſus Arabici auctoritate, quo عِرْق, hujuſce noſtri thematis derivatum eſt *arteria.* Id tamen languidum ibi. Intendetur vis ſententiæ, ſi aſſumamus, *Et Rodentia mea non dormiunt.* Sic habemus oſſa *pertuſa* ſimul, ſimul *roſa*, *carnibuſque* ac *medullis nudata.* Sequens تطليق inf. 2. *Conj.* a طلق *dimiſſa ac repudiata fuit* mulier. Eſt ergo metaph. a *repudio*, & *repudiatio Iracæ* ſive *Chaldææ*, non injucunda imagine valebit *diſceſſum longinquum*, *ſine ſpe reditus.*

ولفظته معاوز الارفاق

الي معاوز الافاق *Et expulerunt cum neceſſitates commoditatum vitæ, ad deſerta plagarum.* Verbum لفظ, *ejecit*, *emiſit* ex ore; & ſic *enunciavit* verba. Ita *Golius*; qui etiam annotavit formulam جاء وقد لفظ لجامه *venit ſitiens & laſſus.* Proprietatem ſi velis, verte,

tum viantium *inſeruit vibratum tremulæ paupertatis vexillum.*

I 2 Ea-

te, *venit, quum jam frenum ore ejeciſſet.* Ad indolem verbi penitius inſpiciendam habe ex *Teblebio* يقال اكل التمرة ولفظ النواة ومنه سمي الكلام لفظا *Dicitur, comedit dactylum, & projecit oſſiculum ejus: Indeque ſermo dictus eſt hoc vocabulo quaſi projectio* vocis. Sequitur معاوز *plur. fr.* a معوز, معوزة, quod apud *Golium* ſub rad. عاز *egenus fuit*, cognitum tantum pro *veſtis trita.* Sed patet latius & complectitur etiam *inopiam*, ac *egeſtatem ipſam.* Rarior tamen uſus ille, ut ex hoc Scholio patere poterit. معاوز جمع عوز وهو فقد الشي وجمعه علي غير قياس ليفاءل بها مفاوز وقيل ان معاوز جمع معوز وهو العوز نفسه. *Eſt plurale a* عوز, *quod eſt egere, deſiderare quid. Fecit autem plurale hoc citra analogiam, Maawiz, ut eo rhytmo Maphawiz exciperet: Dicitur tamen etiam, eſſe plurale a* معوز, *item ut* عوز *neceſſitatem ſonante.* Sequens ارفاق eſt infin. 4. *conj.* a رفق *Benignus, facilis fuit.* Item *juvit, profuit.* ارفق *Commoditati fuit, omni opportunitate juvit.* Derivatum مرفق eſt *cubitus*, & *locus ubi quis cubito innititur*, indeque porro *commoditas* omnis. مرفقة *Cubital, cervical. Quicquid ſuſſulcit.* Conjug. 8. ارتفق *Innixus fuit cubito*, vel & *ſuſſultus fuit cubitali.* Improprie *commoditate omni adjutus fuit.* Non eſt dubium, quin a *cubito nixo*, & *ſuſſulto* ductum ſit illud *Cant.* 8: 5. מתרפקת על דודה, quo de jam monuerunt etiam Viri Docti. Porro مفاوز *plur. fr.* a مفازة, cujus thema فاز *potitus fuit. ſalvus evaſit.* Volunt Arabum Philologi hinc *deſertum* dictum, boni ominis cauſa, quaſi dicas *locum unde ſalvus evadere* quilibet exoptat. Hic ſenſus Scholii. سميت الصحراء مفازة علي التفاؤل لان الرجل اذا قطعها وقد فاز ونجا *Deſertum vocatum eſt Maphazah Ominandi ergo, quod qui illud trajecit, voto potitus eſt, & evaſit.* Ultimum افاق *plur. fr.* ab افق *tractus terræ, plaga mundi. Mundus. Horizon.*

نقامه

فَشَحَنَ الرَّحْلَةَ غِرَارَ عَزْمَتِهِ وَظَعَنَ يَقْتَادُ الْقُلُوبَ بِأَزِمَّتِهِ عار

العرب سلكنا الطريق كانهم مشوا في سلك

Talis eſt inceſſus camelorum in deſerto, camelus poſt camelum, eoſque proinde conſerit ac connectit via, quemadmodum filum connectit margaritas. Ideo etiam dicunt Arabes inſilavimus viam, pro *longa linea ingreſſi ſumus.* Gallis quoque placuit *enfiler un chemin.* Dicerem tamen in hac phraſi, Arabica quidem, *filum* سلك non eſſe *viam ipſam*, ſed *lineam* & *ſeriem* potius *camelorum*, cum ſuis *ſeſſoribus*, naſo ſequentis cameli ad caudam præcedentis religato. Ad hoc *filum* alluditur *Jobi* 6: 19. הליכות שבא קוו למו Altera locutio figurata a *vexillo*, pendet ab uſu illo, quo *Fortunæ feliciori* datur راية بيضاء *vexillum album*, ſub cujus vexilli auſpiciis, læta quæque contingant. Contra ſub *nigro vexillo* ingruunt Calamitates, impreſſionemque dant ſævam atque hoſtilem. Eſt autem راية *vexillum militare* a راي *vidit*, quia ab omnibus in oculis habetur. Eleganter in *Hiſt. Tamerl.* p. 126. اقامة لاعلام حرمة دولتكما

نظمه في سلك الرفاق خفوق راية الاخفاق

Inſeruit eum filo comitum viantium, tremula vibratio vexilli inediæ. Figuræ Orientales. Priorem ita expoſuit *Teblebius*. اراد بسلك الرفاق الطريق الذي ينتظمون فيه اذا اخذوا في السير لانهم يمشون فيه واحد بعد واحد وينظمهم الطريق وصار لهم كالخيط الذي ينتظم فيه الاشياء

Intendit per filum comitum Viam, in quam inſeruntur quaſi, quum iter ingrediuntur, quia in ea pergunt ſingulus poſt ſingulum, atque ita in ſeriem eos nectit via, eſtque iis veluti filum, in quod res inſeruntur. Addit alter *Scholiaſtes* هكذا هو مشي الابل في الصحراء بعير بعد بعير فقد نظمهم الطريق كما ينظم الخيط الجوهر ولذلك يقولون

Exacuit proinde ad iter ſuſpiciendum *aciem* propoſiti ſui, & protectus eſt, *habenis ſuis* ſimul *corda circumducens.*

دولتكما ونشرا لرايات هيبة صولتكما *ut erigerem ſigna Majeſtatis imperii veſtri, & explicarem vexilla terroris potentiæ veſtræ.* Porro verbum خفق, cujus infinit: in prima eſt خفوق ſignate uſurpari amat in *vexillo tremulum vibrante.* Proprietas radicis late fuſæ, nobilibuſque metaphoris ditatæ, ſita eſt in *vibratu crepitante.* Inde ſignificationes apud *Golium* diverſæ, *palpitavit, nutavit, micuit, cum ſuſurro ſonuit, crepuit, percuſſit* ſolea, lamina enſis, quavis re lata, crepitum cum vibratu reddente. *volavit, ad occaſum inclinata* fuit ſtella. In conj. 4. præterea *voto excidit; repulſam paſſus fuit; vacuus & ſine præda rediit* venator. Ejus infinit. اخفاق a Scholiaſte declaratur الخيبة وتعذر المطلوب *fruſtratio ſpei, & defectus ejus quod quæris.* In *Hamaſa* a *Tebrizio* exponitur الاخفاق ان تغزو ولا تغنم او ترجو وتخيب *Achphâk eſt, ſi expeditionem facis, nec quicquam prædæ auſers, aut ſi ſperas, & ruſtra es.* Metaphoræ anſam indicat *Teblebius* ad *Conſ.* 11. اخفق خاب واصل الخفق الاضطراب فكأنّ الخايب يضطرب للخيبة *Achphaka eſt fruſtratus fuit; Origo autem radicis eſt concuti tremore, eſtque ac ſi is qui fruſtra eſt, concuteretur tremore ad fruſtrationem.* Exiſtimo tamen fontem iſtius uſus adhuc altius eſſe repetendum, eumque profluxiſſe ab *ave alas tremulum concutiente* quod etiam ſpeciatim continetur ſub اخفق.

فشحذ للرحلة غرار عزمته

Et acuit ad diſceſſum aciem ſuæ intentionis. Scholiaſtes breviter id explicuit جعل للعزيمة حدا مصقولا علي جهة المبالغة في تعجيل السفر *Dedit propoſito aciem expolitam, ad indicandum ſtudium properandi itineris.* غرار *acies*, a غرّ, habet rariores quoſdam uſus, de quibus alibi forte commodius.

وظعن يقتاد القلوب بازمته

Et migravit ſequentibus ipſum cordibus in capiſtris ejus. Figuræ vim ita enucleat *Schol.* جعل تعلق قلوب اصحابه عند فراقهم وجه

فَمَا رَاقَنِي مَنْ لَاقَنِي بَعْدَ بُعْدِهِ وَمَا شَاقَنِي مَنْ سَاقَنِي لِوِصَالِهِ وَلَا لَاحَ لِي مِنْ نِدٍّ نِدٌّ لِفَضْلِهِ وَلَا ذُو خِلَالٍ حَازَ مِثْلَ خِلَالِهِ

وحنينهم اليه كانه قد ربط فيها ازمة وقادها بها معه

Facit affixa ei corda ſociorum, eorumque erga ipſum deſideria, tamquam capiſtris ab ipſo religata, quæ ſecum abduxerit. ظعن eſt *Hebr.* צען, *Tſade* ex dialecto in *da* mutato. يقتاد 8. *conj.* a قاد *duxit. rexit* equum. Eadem vis nonnunquam in 8. quamvis & paſſive ea uſurpetur. ازمة eſt plur. fr. a زمام *funiculus annexus annulo, qui per naſum cameli trajicitur*, ut eo regi poſſit. Ei alligatur *habena.* Eſt ergo proprie *Capiſtrum*; quod Chaldæus quoque זממא. Illius *capiſtri* uſus latiſſime ſe diffundit per figuras ac metaphoras diverſas *Hiſt. Tam.* 343. الغي الي يده من ذلك الامر زمامه *Manui illius injecit rei gerendæ capiſtrum.* Pro *Rem iſtam ei demandavit exequendam, ejuſque ductui ac arbitrio permiſit.* Alio adſpectu القي زمامه *projecit Capiſtrum ejus*, vel اطلق زمامه *Laxavit capiſtrum ejus* valere poteſt, *eum ſuo ipſius arbitrio tradidit, ut graſſetur pro lubitu.* Inde explicandum puto *Pſ.* 140: 9. זממו אל תפק *Capiſtrum ejus ne laxes*; & reſtituo derivatum זמם pro *Capiſtro.* Radix زم *capiſtravit, alligavit* jumentum, varias quoque metaphoras admittit, inter quas تقدم *aggreſſus eſt* aliquid, *ſtrenue, audacter*; in bonum, in malum, pro matēria ac ſerie. Habes originem Hebræi זמם *deliberatum, decretum, deſtinatum quid habere, & ita aggredi.* Latinis *deſtinare* antiquitus fuit *vinculo ferreo ligare.* Inde *deſtinare* quid *apud animum & in animo*; item *deſtinare* abſolute. Sagaciter id jam ſubolfecerat *Coccejus*, quum זמם conferens cum *Chald.* זממא *capiſtrum* addit, *Decretum animi, eſt quaſi dam ejus conſtrictio.* Hæc alibi deducenda, & uberiori luce perfundenda. Nunc tantum habeatur adhuc e *Pſ.* 17: 3. זמתי בל יעבר פי Lau-

Poſt hujus antem longinquum diſceſſum, nullus eorum, qui ſe mihi *aggregabant*, *placere*, nullus, qui me ad conſortium ſuum alliceret, deſiderio commovere; neque mihi *apparuit*, ex quo *aufugerat*, qui excellentiam illius æquaret, aut

Languent, neque ex facili fluunt verſiones. Rotundiſſimus erit ſenſus, ſi priſca notio aſſumatur, *Capiſtro alligavi, ne transgrediatur os meum*. Noſter *Haririus* Conſ. 27. لما زمت الالسنة *quum Capiſtratæ fuiſſent linguæ*; pro *conticuiſſent*. Et Conſ. 11.

فزم اللغة ان ند فما اسعد من زم

Et capiſtrat ſermonem, ſi vagatur: felicem vero, qui ita capiſtrat.

مما راقني من لاقني.

Non placuit mihi, qui adhærebat mihi. Prius راق proprie *Clarum fuit* vinum. Inde improprie *placuit*, *pulcrum*, *præclarum*, *optabile viſum fuit*. Sic *Schol.* Deinde لاق eſt وصحب الصق *adhæſit*, & *aſſociavit ſe*. Notiones diverſæ hujus thematis med. *je* pendent a *molli & concinno*, referuntque originem ſuam ad ليقة *Goſſypium*, *ſericum*, *lana carpta*, in uſum hunc vel illum *molliter concinnata*.

ومما شاقني من ساقني

اوصالا *Nec deſiderio me aſſecit quiſquis impelleret me ad conſortium ſuum.* شاق *Deſiderio aſſecit* res, med. *vav*, conſonat cum Hebr. שוק unde תשוקה *deſiderium*. ساق *egit*, *adegit*, *impulit*, *propulit*, habet derivatum ساق שוק *crus*, & سوق שוק *forum*; quæ quomodo digerenda videantur, & in concordiam redigenda, Origines declarabunt.

ولا لاح لي &c. &c. Verbum لاح *micuit*, *ſplenduit*, *apparuit*, præſertim in *re lata & plana*. Ejus derivatum eſt لوح לוח *Omnis res lata ac plana*, ſive lignea, ſive oſſea, ſive alterius materiæ, quæ procul micans, oculos ferit. *Tabula. Album.* مد *Midz* pro מדד contractum, ut ſupra vidimus. ند *aufugit, vagatus*

خلايه واستتر عنّي حينًا لا أعرف له عرينًا ولا أجد عنه مبينًا

gatus fuit, eſt נדר. نن & نديد eſt *par*, *ſimilis*. فضل *excellentia* & *præſtantia* virtutis. خلال plur. fr. a خلّة *proprietas*, *qualitas*, præſertim *bona*. ذو خلال *Dominus proprietatum* pro eo qui *præditus* eſt omnibus *bonis ac donis naturæ*. Radix eſt خلّ *propria*, *peculiaris*, *priva fuit* res.

استتر عني *Latuit à me* avulſus. In *Luna* vel *ſtellâ occidente*, & *noctes* quaſdam *deliteſciente* amat uſurpari hoc verbum; quod proinde optime hic quadrat. Eſt 10 *Conj.* thematis سرّ cujus derivatum سرّ *arcanum*, *ſecretum*. سرّ *pars umbilici quæ reſecatur* in nativitate Hebr. שר *Eſech.* 16: 4. שרירות לב *umbilicatio*, ut ſic dicam, *cordis*. *Interior* ejus *corruptio*, *altiſſime retruſa*.

عرين *Saltus*. *Luſtrum leonis*, a عرن *trajecto per nares cameli ligno capiſtravit eum*. Etiam fæm. form. عرينة, *Tehlebius* ad Conſ. 9. annotavit Haririum adhibere id vocabuli pro *urbe*, vel *ſede* in qua quis degit, eſſeque ejus أصل *originem* بيت الأسد *domum Leonis*, at بالحقيقة جماعة الشجر *vere vim ſitam in multitudine arborum*. Falluntur tamen Scholiaſtæ, quum putarunt ſimpliciter *Luſtrum leonis* ab *Haririo* uſurpari pro *quavis ſede*; nam ſemper *ſedem* quandam *inacceſſam* & *difficilem* innuit Sic *Homeritanus* quidam in *Hamaſa*.

كانما الأسد في عرينهم
ونحن كالليل جاش في قتمه

Illi quidem ut Leones erant in luſtris ſuis:
At nos inſtar Noctis, quæ denſi. ingruit tenebris.

Com.

aut qui *tantas dotes collegiſſet*: quum interim ille diu *a me* avulſus *deliteſceret*, nec *luſtrum* ejus noſcitare, aut indicium ullum reperire poſſem. Poſtquam autem e peregrinatione

K

Comparat, ait *Tebrizius* adverſarios *Leonibus in arundineto cubantibus, ſuamque gentem cum nocte ingruente, quæ nox a nemine pellatur, ſed ad omnes victrix intret.*

والعرين اجمة الاسد ثم يسمي

مقتبل القوم عرينا

Eſt autem Arya, arundinetum, luſtrum leonis, deinde hoc nomine affectus quoque ſuit locus ubi confligitur. Imo vero, hoc nomine adficitur *omnis locus inacceſſus*, ubi *viri*, cum *Leonibus* comparandi, recubant; in quancumque tandem partem ſimilitudo feratur. *Abuzeidus* erat *Leo generoſus*, ejus ergo *abdita ſedes* rite nunc *Luſtrum, arundinetum, ſaltus* vocatur. Conſeſſu 9. habebimus لا دخلت

مدينة ولا ولجت عرينة

Non intrabam ullam civitatem, & non ingrediebar in ullum luſtrum &c. &c. Quod poſtremum non ſimpliciter *urbem* jam ſignat, aut *locum*; ſed *locum a fortibus viris habitatum.*

ولا اجد عنه مبينا

Nec reperiebam qui eum demonſtraret. Thema وجد, cujus fut. in 1. præ manibus, eſt *invenit, repperit, recuperavit*, item *acquiſivit opes*; quod & Latinis *invenit.* Aliquando *ſuccenſuit* illi, quaſi dicas *invenit quid contra quem.* Iterum *produxit* Deus, quod tamen melius in 4. conj. اوجد. *invenire fecit, juſſit exiſtere, & adeſſe.* Porro وجد *amore, affectu alio laboravit: æger ſuit, & triſtis: doluit.* Stylo Hebræo etiam aliquis dicitur *invenire ægritudinem*, & inverſa phraſi, *ægritudo aliquem invenire.* Hæc in gratiam philarabum, ut notiones digerere aſſueſcant. مبين eſt part. 4. conj. a بان *diſtitit, diſtincta, diviſa, ſegregata* fuit res a re. Inde *excelluit, præſtitit*, quod & Gallico idiomate eſt *diſtingui.* Inde etiam *Manifeſtus, perſpicuus* fuit: *diſtincte patuit.* Item *facundus, diſtincte eloquens* fuit. ابان הבין *interſtinxit, intellexit*; & tranſitive *declaravit diſtinctius.* بَيْن *interſtinctio, interſtitium* בֵּין

منبت شعبتي *Locus ubi Ramus meus germinaverat.* منبت eſt *ſeminarium, plantarium, Locus ubi quid germinat ac provenit*, a نبت *germinavit.* شعبة eſt *Ramus*

فلما أبت من غربتي الى منبت شعبتي حضرت دار كتبها التي هي منتدى المتأدبين وملتقى القاطنين منهم والمتغربين فدخل ذو لحية كثة وهيئة رثة فسلم على الجلاس وجلس في أخريات الناس ثم أخذ يبدي ما في وطابه ويعجب الحاضرين بفصل خطابه

فقال

nus arboris, vel potius *Rami propagatio & diffuſio*, a شعب *diviſit*, *propagavit* in utrumque latus *ramos*. Ad figuræ vim ita *Teblebius*

يريد بالشعبة نفسه ويحتمل

ان يكون شعبتي قرابتي

intelligit per ramum propagatum ſemet ipſum : fieri etiam poteſt, ut Ramus ille deſignet Cognationem. Poſterius prætulerim. in *Jobo* etiam *Rami* latius *diffuſi* ac *propagati* ad *amplitudinem familiæ & cognationis* transferuntur.

دار كتبها *Gymnaſium ejus* Proprie *Domus Librorum ejus*. Ubi *Libri feruntur*. A كتاب *Liber* *plur. fr.* exiſtit كتب. Radix كتب *ſcripſit*, *conſcripſit*, כתב, cum iſta *ſecundaria* notione, *primariam* quoque aſſervavit, quam *Origines* enucleabunt.

منتدي المتادبين *conciliabulum Literatorum*. A ندا *convocavit in conciliabulum* 8. *conj.* notat *conſidere una in Conciliabulo*. Inde منتدي forma *part. paſſ.* Idem quod ندي *conſeſſus confabulantium* &c. Sequens متادبين eſt plur. ſanus *part. in* 5. ab ادب *Humanitate, & elegantioribus ſtudiis politus fuit.*

ملتقي

tione mea redux ſum factus *in locum ubi ramus meus germinaverat*, ejus *gymnaſium* adivi, quod eſt *conciliabulum* hominum elegantiorum, & *quo confluunt* tum indigenæ tum advenæ; & ingreſſus eſt aliquis *ſpiſſa præditus barba*, idemque *lacero habitu*, qui *ſalute* illis *qui ibi aſſederant impertita*, in poſtremis conſedit: ibi vero *utres* ille ſuos recludere, & in admirationem dare *præpollente ſua facundia* quotquot aderant. Dixit autem cuidam qui pro-

 ximus

ملتقي &c. &c. *Locus ubi convenitur.* Iterum forma *part. paſſ.* in 8 ده a لقي *occurrit* التقي *Occurrit, obviam ivit* alter alteri. قاطنين a ſingul. قاطن *incola.* Radix قطن *pro fixa ac patria ſede delegit. Incoluit* locum. متغربين *part.* in 5. a غرب *abſuit, peregre abut &c.* de quo ad conſ. 1.

ذو لحية كثة *Præditus barba ſpiſſa.* Vox ذو in origine idem quod الذي *Qui, quæ, quod*; ab *Hebr.* זו. *Tebrizi* ad *Hamaſa.*

ذو لغة طايية في معني الذي
يقولون رايت ذو قال ذاك
ومررت بذو قال ذاك ويقع
علي المذكر والمونث
ولهذا صاح بيري ذو حفرت

Dzu eſt Dialecto Tajitarum Relativum pronomen; *quorum formula ſunt* ראית זו קל ואך *vidi, qui diceret hocce.* &, *tranſivi* בזו קל ואך *cum qui diceret hocce: caditque in maſc: ac fœmin: ex æquo: ac propterea probum eſt* באר זו חפרת *foſſa quam effodi.* Confer. *Pſ.* 31:5. רשת זו טמנו &c. &c. Quin ipſum illud الذي eadem Stirpe cum ذو tenetur, eſt enim ذي cum *Lamed* nominativi, & *articulo.* Hoc porro ذو *Qui*, percrebuit elliptice pro *eo qui habet, poſſidet*; verbi cauſa ذو الاموال *Is qui opes habet*; Unde *Dominus, poſſeſſor, præditus* re quacumque, exponi ſolet. In *fem.* uſitatius זאת ذات *illa quæ* habet. *Domina, prædita.* Æque late porrigitur ac Hebr. בעל, quum *præditum* exprimit. Sequens لحية *barba*, a rad. لحي *decorticavit* unde لحي *mandibula. maxilla*, לחי. a *decorticando* nomen tractum. Quod autem *traducere, maledicere, dedeco-*

فَقَالَ لِمَنْ يَلِيهِ مَا ٱلْكِتَابُ
ٱلَّذِي نَنْظُرُ فِيهِ فَقَالَ دِيوَانُ
أَبِي عُبَادَةَ ٱلْمَشْهُودُ لَهُ بِٱلْإِجَادَةِ
وَقَالَ هَلْ عَثَرْتَ لَهُ فِيمَا لَمَحْتَهُ
عَلَي

re afficere etiam valeat illud verbum لحي, a *decorticando* eſt ſumtum; qui enim *diffamat*, Arabibus dicitur *decorticare*. Ultimum كثة *Spiſſa* eſt a them كثّ *denſus ac ſpiſſus*, *ſimulque brevis ac criſpus fuit.*

وهيئة مرثة *Et habitu lacero.* Radix هاء med. *je*, ult. *Eliph*, *paratus fuit.* Ejus derivatum هيأة *forma externa rei.* هيئة contracte. Alterius vocis thema eſt مرّث *tritus & diſſolutus fuit* funis, veſtis, alia. Eandem proprietatem obtinuit רשש & רוש, ut alibi demonſtrabo.

سلم على الجلاس *Salutem dixit ſuper conſeſſores.* سلم שלם eſt *integer*, *incolumis fuit.* in 2. سلّم *ſalutavit* ſolenni formula السلام عليك שלום עליך *pax tibi.* جلاس *plur. fr.* a جالس *ſedens. ſeſſor. conſeſſor.* Radix eſt جلس *ſedit*; & quidem *humi*, more Orientalium. Inde in *Golio* جلس & جليس *familiaris*, *ſodalis*, *conviva*, *qui cum aliquo familiariter conſidet.* Sic ישב *ſedere Pſ.* 1. & alibi.

اخذ يبدي ما في وطابه *Coepit proferre quod in utribus ipſius erat.* Duplex interpretatio apud *Teblebium*. Prima hæc وطابه زقاق لبنه وهو سقاء اللبن خاصة لا يقال لغيره واراد انه اظهر احسن محفوظاته ولهذا يقال لسانه درة لان اللبن

ximus erat, quiſnam ille liber, quem inſpicis; at ille, *Diwan Abi Ibâda*, cui omnes excellentiæ præbent teſtimonium. Hic iterum noſter, an aliquid *offendiſti* ex iis quæ *contemplatus es*, quod tanquam admirabile *excerpendum putave-*

اللبن عـــنـــد العرب يكني بـه عن كل خير لانه هو اشـــرف المشـــروبـــات

per Witab illius intelligit utres lactis ejus, nam ea vox proprie ſignat utrem lactis, nec ad alia ſeſe extendit. Intendit autem, ipſum produxiſſe præſtantiſſima eorum, quæ memoria tenebat. Hinc dicitur quoque per Deum, quam largus lactis fluxus ei! Pro quam doctus, copioſus, facundus eſt! *quoniam lacte apud Arabes circumſcribitur omne bonum præſtans, quod præſtantiſſimum ſit potulentorum.* Altera ſic habet قـــال ابو البقا يكني بالوطب عـــن الجسم لانـه وعاء الروح *Auctor eſt Abul Beka utre circumſcribi Corpus, quod illud vas ſit animæ.* Sane vero:

indeque صفرت وطابه *Vacuati fuere utres ejus*, in *mortuo*, vel & *occiſo*. Sed figura *utrium* pro *corpore*, neutiquam hic quadrat. Prior expoſitio ſolida, ac unice tenenda.

بـعـدل خطابه *Præpollente facundia ſua.* formula eſt elegans فصل الخطاب *diſtinctio Orationis*, pro *facundia inſigni*, *clara*, *dilucida*. In *Alcor. Sur.* 38: 19. & *Abulph.* p. 558. Adde *Poc. Spec.* p. 344. *Teblebius* meus explicat. خطاب مفصول بين الذي يـــفـــهـــمه مـــن يسمعه

Orationem diſtinctam, claram, quam intelligat, quicumque audiverit. Eſt autem خطاب inf. 3. conj. a خطب *Concionem habuit e ſuggeſto.* Unde خطبة *Chotbéh* in Relationibus Orientalibus paſſim *Concio Sacra* Muhammedanorum.

ديوان *Diwan Abi Ibada.* Vocabulum *Diwan* notat in Origine *Rationarium* vel *judiciarium Codicem. Album militum. Syntagma* porro omne, & præſertim *Syntagma Poeticum.* A *rationario* illo *codice* fluxit & ſignificatio *Conſilii* ſive *ſenatus ſupremi*, qui etiamnum *Diwan* in Turcico imperio audit. Inſtitutionem primam habes apud *Elmac. Hiſt. Sar.* p. 42.

Pri-

عَلَي بَدِيعٍ اسْتَمْلَحْتُهُ فَقَالَ نَعَمْ قَوْلَهُ

كَأَنَّمَا يَبْسِمُ عَنْ لُؤْلُؤٍ مُنَضَّدٍ أَوْ بَرَدٍ أَوْ أَقَاحِ *

فَإِنَّهُ أَبْدَعَ فِي ٱلتَّشْبِيهِ ٱلْمُوَدَّعِ فِيهِ فَقَالَ لَهُ يَا لِلْعَجَبِ ·

ولضـ

Prius Amru Ibn Elatſi دون الدواوين *inſtituit fora judicialia*, vel potius *ſenatus bellicos*. Radix eſt דון دان *judicavit*. *Abu Ivada* autem celeberrimus fuit Poeta, البحتري *Bochteri* vulgo dictus de cujus ætate & meritis adeatur *Herbeloth*. in voce.

المشهود له بالاجادة

Cui teſtimonium præbetur de excellentia. Prius eſt part. paſſ. Verbi شهد *perbibuit teſtimonium. Præſens adſuit.* שהד. *Algazalius* eleganter الحاسد يتملق اذا شهد ويغتاب اذا غاب

Invidus blanditur quum præſens eſt, & obtrectat quum abeſt. Deſignatur hac radice ſpeciatim *teſtimonium illius qui præſens adſuit, fidemque ocularem.* Alterum اجادة eſt *inf*.4. a جاد *bonus, egregius fuit*; cujus 2.&4. conj. eſt *egregium quid effecit*.

عثرت *Offendiſti*. Thema عثر *pedem offendit*, *impegit* in aliquid exponitur etiam *imminuit*, *inſpexit*, *perſpexit*. Ita uſurpatur *Alcor. Sur*. 5: 106. & 100: 9. Rationem pandit *Teblebius* عثر على الشي اي اطلع عليه وهو من العثار بالرجل لان من عثر في شي اعقب النظر اليه

Offendit ſuper aliqua re, eſt, imminuit & inſpexit. Idque ab offenſione pedis, quod qui offendit ad aliquid, retro reſpicere ſoleat.

لمحت *contemplatus eſt*. Proprie *micante oculo ſtrinxiſti*. Sic *Teblebius*, لمح في الاصل ابصر بنظر خفيف *Indoles verbi eſt*, *contemplatus eſt intuitu levi*, ſive *ſtrictu*

taveris: ille, enimvero, inquit, hocce ejus

Ac ſi renideret a margaritis conſertis, aut grandine, aut anthemide.

Quæ quidem ſimilitudo mihi admirabiliter traducta videtur. At noſter, O nimia mira, O humanitatis diſpendia, nam

ſtrictim furtimve facto, ut *Golius* bene habet. Prima notio eſt *micuit, vibravit*. Referatur ergo & hoc ad illuſtrationem Originis τȣ̃ הכ׳ם. In *Diwan Hudeilitarum* اللوامح *micantes*, vel *micatrices*, a *Schol.* declarantur pro العيون *Oculos.*

استملحته *Scitum & elegans reputaveris*; eſt 10 *Conj.* a ملح *Sallivit*, & *ſalſus fuit.* מלח. Secundario uſu *ſcita* & *elegans* fuit res.

in 2. ملّح *rem ſcitam & elegantem protulit* Poeta. Nempe *Sal* Latinis quoque *Elegantiam* ſignat. Derivatum املح אמלח comp. & Superl. inter alia exponitur, *Albicans armis* turma: *Rore vel pruina* nox. Hi ſunt uſus & luſus poetici, in quibus captarunt *Conſperſum ſale*, atque ita *albicans* aliquid. In *Hamaſa* fœm. ملحاء, pro *turma armis candicantibus* reperio, cum diverſa paulo expoſitione *Tebrizii.*

وانا نضرب الملحاء حتي تولي السيوف شهود *

Nos ſane cædimus ſale conſperſam turmam, *donec terga det; ſunt gladii nobis teſtes.*

Declarat enim الكتيبة البيضاء لكثرة سلاحها من الملحة اي البياض يخالطه سواد *Turmam albicantem propter multitudinem armorum*, a voce מלחת *quatenus ſignificat albedinem miſtam nigredine.* Eodem tamen me cum collineet neceſſe eſt.

يبسم *Renideret* &c. &c. Radix بسم *Subriſit leniter diducto ore ita ut dentes apparuerint.* Inde

ولضيعة الأدب لقد استسمنت يا هذا ذا ورم ونفخت في غير ضرم أين أنت عن البيت النادر الجامع مشبهات الثغر وأنشد

نفسي

مبسم *Os renidens*, & *ſubridens*: aut *Dentes inter renidendum apparentes.* In *Conſ.* 12. *Haririi* reperio nobili figura ابتسام الفلق *Renidens ortus auroræ.* Habet affinitatem cum hoc radice Hebræum בשם *Boſem*, *ſuave ſpirans aroma*, quo de alibi latius. Egregie *Oris pulchri dotes* dilaudans *Bochteri*, illud *renidere* ait *a margaritis conſertis*, & *grandine*, & *anthemidis floribus*; hoc eſt *omnia illa renidendo nudare ac ſpirare.* Tria diſtincte notanda. Primo *candiduli dentes* illius *oris* comparantur cum لولو منضد *margarita in lineam conſerta*, ob *ordinem* & *rectum tenorem* cum *candore* conjunctum. Prioris vocis radix eſt لالا *ſplenduit, fulſit.* Inde *margarita* appellata primum حجر اللولو *lapis fulgoris.* Deinde لولو *fulgor* ipſe. Poſterius منضد *part. paſſ.* in 2. a نضد *compoſuit inter ſe.* Secundo iidem hi dentes *grandini*, برد, ברד, aſſimilantur; quæ figura *candori* jam addit *recens* ſemper *frigus*, *frisbeit* nobis, شنب infra appellatum, quod in Golio exponitur *frigiditas interior oris recentis*, cum *dentium nitore.* Vocabulum برد *grando*, quæ alias حب الغمام *Bacca nubis*, a *frigore* appellationem inveniſſe videtur, nam برد *friguit* & *frigeſecit.* Tertio اقاح *floribus anthemidis* conferuntur hi dentes, quod *candidi* ſimul & *ſuave olentes* eſſent. Eſt *plur. fract.*, ut & اقاحي, a ſing. اقحوان & قحوان, radicis قحا. Scholiaſtes ait eſſe نبت له نور ابيض *plantam cui flos candidus.* *Anthemidem* ſeu *Chamæmelum* reddit *Golius*; qui ex *Camus* etiam citat اقاح الامر تباشيره *Anthemides rei ſunt fauſti ejus nuncii.* Quaſi dicas nempe *lætas auras ejus*, quibus quis *primulum adflatur.*

استسمنت ذا ورم

Vegetum reputaviſti, quod præditum eſt

nam ſane *vegetum reputaviſti tumore præditum*, & absque *idoneis nutrimentis ignem exſufflaviſti. Ubi tu præ* verſu *hocce rariſſimo* qui ſimilitudines oris complectitur? cecinit autem.

L *Ani*

eſt tumore. Figura. سمن שמן *pinguis & vegetus fuit*. In 10. استسمن *pinguem cenſuit*. ورم proprie eſt انتفاخ العلة *tumor morbidus*. Senſus eſt, *ſanam & vegetam cenſes ſententiam*, qu[æ] *morbido tumore* laborat. Simile ex *Mutenabbi* adducit *Zeblebius*.

تحسب الشحم فيمن شحمه ورم

Cenſes adipem eſſe in eo, cujus adeps nil niſi morbidus tumor eſt.

ونفخت في غير ضرم

ſufflaviſti in id quod nutrimentum ignis non eſt. Senſus figuræ eſt انك مدحت من لا يستحق المدح *profecto laudas haud dignum laude*; quod & hoc verſiculo eleganter expreſſit nonnemo.

ونار لو نفخت بها اضاءت
ولكنك تنفخ في رماد *

Quod ſi ignem ſuffles, emicuerit:
Aſt ſufflas tantum Cineres.

Verbum نفخ eſt *Flavit, inflavit, inſpiravit*. Speciatim *ſufflavit* ignem, unde formula نافخ ضرمة *ullus quiſquam* domi non eſt: quaſi dicas, *ſufflator fomitis*. נפח in *Bibliis* ſic cognitum. Hinc *Follis* מפח *Jer*. 6: 29. Arabibus منفاخ, *fabri ferrarii follis*. Scribitur etiam نفح, aliis uſibus venuſtis mactatum. *Spiravit* ventus, *manavit ſanguine* Vena, quod & Latinis Poetis eſt *Spirare*: item *fragavit, diffudit* odorem. *Commovit* Cæſariem. *Emiſſus per[illegible]*

gla-

نَعْسي ٱلعَدَا لثغر رَاق مبسمة
وَرَادَة شَنَبٌ نَاهيك من شَنَبِ *

يغتر

gladio. *Dedit, donavit*; quaſi *adflavit* munuſculo. Ejus derivatum نفحة *flatus* venti. *Halitus. odor. aura. fama præclara. donum.* Arabes ſcilicet *auram doni ac muneris* non minus amant, quam *favoris ac laudis*. Sed quid jam *pars moduſve ſupplicii*, quo etiam نفحة exponitur in *Golio*? *Alcorani* eſt phraſis, اذا مستهم

نفحة من عذاب ربك

Quum tetigerit eos aura de ſupplicio Domini Tui. i. e. Vel *tenuiſſima particula* ejus *illos adflaverit*. Pereleganter ſane. Reliquas metaphoras ſub نفخ & نفح ſepono in aliud tempus. De vocabulo ضرم, a rad: ضرم *exarſit*, teneatur, eſſe proprie دقاق الحطب

الذي يسرع اشتعال النار فيه

minuta lignorum, quibus quantocyus ſuccendi poſſit ignis.

اين انت عن البيت

&c. &c. *Ubi tu præ verſu hocce* &c. &c. Phraſis eſt haud inventuſta, *ubi tu præ illo*? pro *quam longe abes ab illius excellentia*? Sic alibi etiam noſter. اين eſt אין quatenus *ubi* notavit, ut in מאין *unde* 2 *Reg.* 6: 27. &c. بيت בית *Domus*, uſurpatur pro *verſu*, quia Arabes a forma tentorii, & partibus ejus, proſodiæ vocabula mutuati ſunt. Clarius dicam. *Tentoria* habent اوتاد *paxillos*, habent اسباب *funes*, quibus firmentur. Jam omnis *verſus pangitur* per pedes *paxillorum* & *funium* appellatione diſtinctos, *paxillo* tribus literis, *fune* duabus tantum conſtante. In eadem metaphora مصراع *pars una januæ biforis*, uſurpatur pro *Hemiſtichio*. Sequens نادر *ſingularis, rarus*, eſt *part. præſ.* in 1. a ندر *excidit*. Inde نادرة *ſingulare, rarum, inuſitatum genus* Orationis. Item *incomparabilis vir. Phoenix*. Ad *Hamaſa* ſic *Tebrizius* كل

شي زال عن موضعه فقد ندر

ومنه نوادر الكلام

Omnis res quæ excidit e loco ſuo dicitur

Anima mea piaculum eſto pro dentibus qui ſuaviſſime renident;
Quosque ornat recens nitor; O admirabilem tibi illum nitorem!

L 2. *Niecen-*

citur Nadara, *indeque Nawadir Orationis*, ſunt *rara*. Porro جامع *complectens*; part. præſ. a جمع, *collegit in unum*. مشبهات plur. ſan. part. paſſ. in 2. a شبه *ſimilis fuit*. Denique ثغر *os*. Proprie *rima*, *hiatus*, *porta*. πύλη. שער. Speciatim, *Dentes primores*.

نفسي الفدا *Anima mea piaculum eſto* &c. Verbum, فدا *Redemit*, *Solvit* λύτρον. *Piaculum fuit alterius*, *ſeque pro eo Devovit*. Inde formula ſolennis فداك ابي *pro te devotus ſit pater meus*. Hoc eſt, *Caput tuum mihi vel Patris Capite pretioſius eſt*. Sic فداك نفسي *pro te devota ſit anima mea*. *Redemtio tua*, *piaculum tuum eſto*. Eſt idem plane cum פדה, cujus altius retruſa origo. Etiam intercedente *Lam*, فدا لك *Redemtio tibi ſit* hoc vel illud. Ut in *Hamaſa*.

فدي له تلادي واهلي

Redemtio illi ſit familia & gens mea.

Hoc eſt, *Omnibus meis mihi carior eſt*. Hinc ibidem مكرمة *Honorata*, & مفداة *Redemta*, conjunguntur, quod poſterius valet *multo cariſſima*, pro qua *caput quiſque* ſuum *devovere* ſit paratus. ثغر ſuperiori nota explicitum. راق med. *Vav*, *admiratione adfecit*. Proprie *Clarum*, *liquidum*, *limpidum viſum fuit*. مبسم 2 بسم *reniduit*, eſt *ille locus oris & dentium*, *quo renidetur*. Supra tetigimus.

زانه شنب ناهيك من شنب

Ornat illud recens nitor, *ſane quam admirabilis*. زان med. *je*, *Compſit*. *Ornavit*. *apparavit*. *inſtruxit*. זין. Alterum شنب, varie declaratur apud

يَفْتَرُّ عَنْ لُؤْلُؤٍ رَطْبٍ وَعَنْ بَرَدِ .

وعن

apud *Golium*. Scholiaſtes meus exponit الماء الجاري علي الاسنان او برد الغم والاسنان *aqua fluens ſuper dentes, aut frigus oris & dentium.* Intellige ſis *dentium nitorem ſemper recentem, nec ullis ſordibus fuſcatum.* In *Diw. Hud.* شنب مثاغرها *Recenti frigore & nitore præditæ circa dentium ſedes.* Forma مثغر cujus *plur. fr.* مثاغر propagata a ثغر, non comparet in Lexicis. Habe etiam ſpecimen grandiloquentiæ Orientalis hinc ductæ, in *Deliciis Chaliphar um*, auctore *Arabsjade*;

نحور ممالكه بعقود فواضله حالية واوراه مسالكه كثغور الغواني بشنب العدل والامان زاهية

Colla regnorum ejus monilibus præcellentium ipſius virtutum erant exculta; & ora viarum ejus, ut ora renidentium puellarum, recenti ſemper nitore juſtitiæ & ſecuritatis florebant. Porro ناهيك من شنب eſt formula, a نها *ad ſummum* *pervenit.* Inde in part. præſ. ناهي apud *Golium* هذا زيد هو ناهيك من رجل *Hic Zeidus egregius tibi vir eſt.* حسبك *quo ſatis habeas. qui ſolus ſufficiat:* quaſi dicas, *qui tibi pervenit ad ſummum.* Ita præivit mihi *Teblebius*: ناهيك اي كافيك يقال ناهيك بفلان اي قد انتهي الامر فيه الي النهاية والغاية *Nahiacha eſt ſufficiens tibi; dicitur Nahiacha in illo; quaſi ad ſummum pervenit res ejus gradum & perfectionis cumulum.* Addit idem aliam adhuc explicationem, a نها *prohibuit*, quaſi *qui prohibeat te ab alio quærendo; ſolus ſufficiens.*

يفترّ عن اولو رطب

&c. &c. *Nudat renidendo margaritas recentes* &c. &c. Radix فرّ *inſpexit in ore equum, ut ex dentibus ætas exploraretur.* in 5. تغرر

Ri-

Micantes tanquam margarita recenti, & grandine,

Riſit, *nudatis* nempe *dentibus*. in 8. افتر *Nudavit dentes* ridendo. Speciatim *cum gratia & eleganter riſit*. De *fulmine* etiam *micuit*. لولو *margarita* paulo ante illuſtrata. Ea רטב رطب *Recens* dicitur, quum tantum quod e concha ſua prodit, quæ in *Alcor. ſur.* 52: 23. eſt لولو مكنون *margarita a ſole adhuc protecta*. Cum illis jam *recentibus*, nulloque ſolis radio adhuc tactis *margaritis*, comparantur candidiſſimi dentes: cum *grandine* item, & cum *flore anthemidis*; quarum ſimilitudinum jucundum colorem ſimul, ſimul odorem, ſupra indicavi. Accedunt hic pro cumulo *Flores palmæ* طلع, quibus nihil venuſtiùs dives natura fundit: & حبب *bulla vini generoſi*. Utrumque luce aliqua adſpergi meretur; ut gratia comparationis perſpiciatur. Prioris voculæ radix طلع uſurpatur in *dente* qui *prodit* & *effert ſeſe*, nec non in *gemma* aut *flore*, quum *promicat*. Ergo appoſitiſſime illud طلع heic admotum. Alterum حبب proprie ſignat *ſeriem baccatam*, ut ſic dixerim, nam حب *bacca* eſt. Hinc in *Golio* habes *ſeries & ordo dentium*, *velut baccarum*; & *recentis oris aqua* ſeu *ſaliva*; ut &, *bulla aquæ*. Sunt totidem uſus & adſpectus voculæ حبب *baccata ſeries*, quæ poni amat in *bullis* quaſi *baccis ſupernatantibus* aquæ, vino, liquori; unde transfertur pulchro luſu ad *dentes*, eorumque tum *ſeriem*, *baccarum* inſtar *nexam*, tum *ſalivationem recentem* atque *odoram*, in ore grato, adamato. *Scholiaſtes*

حبب الطرق التي تظهر في الخمر عند مزاجها بالماء وقيل الحبب تنضد الاسنان وانضمامها

Hebeb notat vias, id eſt ſeries & lineas, *quæ apparent in vino*, *quum temperatur aqua. Dicitur*, *Hebeb potius eſt ordinata ſeries Dentium & arctus eorundem nexus*. Similis fluctuatio eſt *Teblebii*. حبب هو تنضد الاسنان قال الشاعر

واذا تضحك تبدي حببا

وَعَنْ أَقَاحٍ وَعَنْ طَلْعٍ وعنْ حَبَبٍ *

وَٱسْتِجَادَةُ مَنْ حَضَرَ وَٱسْتِحْلَاهُ
واستة

وقيل الحبب طرايق تظهر في الخمر عند مزجها بالماء فاما الفقاقيع التي تعلو الخمر عند المزج وهي التي اشار اليها ابن هاني بقوله

كأنّ صغري وكبري من فقاقيعها
حصباء درّ على ارض من ذهب *

Hebeb eſt ordinata ſeries Dentium: ¶ *Dixit Poeta.*

Quumque rides, oſtendis baccarum ſeriem.

Dicitur etiam, Hebeb ſunt ductus viarum qui apparent in vino quum aqua temperatur: Utique bullas quae ſupernatant Vinum quum temperatur innuit Ibn Hani, quum ait.

Ac ſi parvæ & magnæ Bullarum ejus
Glarea eſſent margaritarum, ſuper fundo aureo.

Aureum fundum vocat *vinum* ipſum in patera *radians:* cujus *baccatam ſeriem bullarum candicantium*, حبب, Phantaſia Poetica appellat *Glaream margaritarum*, reſpiciens ad originem τȣ̃ حبب quam indicavi a *bacca*. Ex hiſce autem ſimul colligi poteſt حبب utramque iſtam vim ſub ſe complecti, ita ut cum *bene ſtructa & nitida ſerie dentium*, exprimat *aquam* illam *recentem oris ſuaveolentis*, quæ inſtar *vini* generoſi *bullas agentis*, id eſt *bullarum ſeriem formantis*, allicere poteſt, atque quaſi inebriare. Quorſum hæc tam longa deductio? En Scopum quò cuncta dirigebam. *Cant.* 7: 10. *Palatum tuum*, o Amica, כיין הטוב

Et anthemide, & palmarum flore & bulla vini generoſi.

Approbarunt autem verſus hoſce qnotquot præſentes erant.

הטוב *ut vinum illud generoſum*, הולך לדודי למישרים, *quod amatori mihi rectu vin*, ductibus, lineis, baccata ſerie, & tractu bullarum *incedit*, *luditque*, & tum ſuaviſſime allicit, tum potentiſſime adſi.it, ac veluti inebriare valet. Habes ipſiſſimum illud حبب *Hebeb* eleganter depictum, cujus Radix حبب חבב *amorem* quoque deſignat. מישרים *rectæ viæ*, ſunt طرايق *plur. fr.* a طريق, vel potius طريقة *recta ſemita*, & *linea*, qua voce *Tebrizius* ſupra utebatur ad *ſcintillantes* & *albicantes vini ſemitas*, ac *lineas baccatas* repræſentandas. Confer etiam *vinum quod rectis ſemitis & lineis obambulat* יתהלך במישרים *Prov.* 23: 31.

استجاده &c. *Collaudavit tanquam egregium* 10. conj. a جاد med. *Vav, bonus, egregius fuit.* Item, *liberalis* & *beneficus fuit*. *Largiter fluxit* pluvia; *ubertim lacrimavit* oculus; *effuſus in curſum fuit* equus, unde فرس جواد *Bene & velociter currens equus.* Apud *Golium* habes etiam جاد بنفسه *Animam emiſit egitque.* Rectius dabis *animam profudit*. Sic in *Hamaſa* Heros aliquis gloriatur, ſe ipſam *Cuſpidem Mortis contrectaviſſe* quaſi, fortiter præliando, additque.

وجدت بنفس لا يجاد بمثلها *

Et animam profudi, quale tamen profundi haud ſolet.

Vult dicere, ſe *prodigum vitæ* fuiſſe. Ergo جاد بنفسه *Prodigus fuit animæ* rectius exponetur; ſive *liberaliter profudit animam*. Sequens استحلا ab حلا ult. *Vav, dulcis, ſuavis fuit. placuit*; unde 10. iſta conſ. valet, *ſuave prædicavit* & *cenſuit*. Eſt ſecundaria poteſtas, a *terendo* ducta quatenus *terere* uſurpatur pro *polire*, *aſperitatibus demtis*. Jam *amara* ſunt *aſpera*, & *acria*, ut *dulcia* ſunt *mollia* ac *lævia*. Liquet hinc חַלָּה *placenta*, *Exod.* 29: 2 eſſe

وَٱسْتَعَادَهُ مِنْهُ وَٱسْتَمْلَاهُ وَسُئِلَ لِمَنْ
هَذَا ٱلْبَيْتُ وَهَلْ حَيٌّ قَايِلُهُ أَمْ مَيِّتٌ فَقَالَ أَيْمُ ٱللّٰهِ
لَلْحَقُّ أَحَقُّ أَنْ يُتَّبَعَ وَلِلصِّدْقُ
حَقِيقٌ بِأَنْ يُسْتَمَعَ إِنَّهُ

يا

eſſe *dulce cruſtulum*, a חלה *terri*, nam eſt Arabibus حلوى eſt *cruſtulum*, حلواني *piſtor dulciarius*. Porro استعاد *petiit ut repeteret*, vel *iteraret*, eſt 10. a عاد med. *Vav*, *iteravit*. *Iterum iterumque fecit* aliquid. in 3. عاود *iterata actione adoriri*, *inſtare*, *urgere*, *examinare*; *conteſtari* quod eſt העיד. Vocula עוד *adhuc*, Arabice عاد, ab *iterando* quoque fluxit. Alibi plura. Poſtremum استملا *Rogavit ut dictaret* eſt 10. a ملا ult. *Vav*, cujus 5. تملي inter alia eſt, *Dictavit*. Originis latentis indago longiuſcule nos detineret.

ايم الله *per Deum.* Formula eſt contracta, pro ايمن الله, a rad. يمن *Dexter fuit.* De Origine ita. *Teblebius* مذهب البصريين انه مشتق من اليمن اي البركة ومذهب الكوفيين انه من يمين *Secta Baſrenſium ſtatuit deductum eſſe a* ימן *felicitas: ſecta autem Cuphenſium deducit a* ימין, *dextra*. Poſterius hoc rectum. Nam يمين *Dextra*, ſæpe eſt قسم *jusjurandum*, etiam in Bibliis. Inde يمين الله *Dextram Dei! per Deum!* Ejus plur. fr. format أَيْمُن, unde ايمن الله *Dextras Dei*! Et cum Lam emphatico لَيْمُنُ ٱللّٰهِ Alias contractiones vide ſis apud *Golium* ſub rad. يمن.

للحق لحق &c. *Sane veritas digniſſima* &c. Prius حق eſt *verum* & *juſtum*. *Fas* & *jus* omne. חק. Radix حق med. def.

rant, eorumque *dulcedinem collaudarunt*, *revocatis* quoque *iis*, & eos ſibi *dictari* cupientes: deinde rogatum eſt, cujusnam eſſet hoc diſtichon, &, viveretne auctor ejus an mortuus eſſet? reſpondit ille, *per Deum*, veritas *digniſſima* eſt cui adhæreatur, & veracitas *præſtantiſſima* cui

M obe-

def. חקקי exprimit *definitam* & *certam* rei *veritatem*, *firmitatem*, *neceſſitatem* & ſimilia. Diverſos uſus in *Golio*, eorumque cum Hebræo convenientiam *Origines* exequentur. Specimen modo hoc eſto ex *Algazalio*. اقام الشي في جقوقها *Stare fecit rem ſuper definitas ſuas formas, eamque ſecundum omne jus, & fas executus eſt*. Hebræis חקים. Præfigitur hic cum *articulo* ſimul *Lam* quod voco *emphaticum*, per *Phata* accedens, & *ſane*, *profecto*, *certe*, cum vehementia & aſſeveratione fortiſſima exprimens, atque tum nominibus, tum verbis, tum particulis ſeſe accommodans. In Sacris etiam illud *Lamed* multo tritiſſimum; quamvis paucis in locis agnitum fuerit. Recurrit etiam mox in للصدق *Sane veracitas*. Thema صدق צדק *Rectus* ſimul & *Rigidus fuit*. Unde *juſtitia factorum dictorumque* ſecundario aſſumta. Latius deductum in alio opere.

حقيق *dignus*, *aptus*, *conveniens*. Inde forma *comp.* & *ſuperlat.* احق pro احقق.

لنجيكم *Socius veſter*. Eſt a rad. نجا ult. *Vav*, *dixit*, *communicavit arcani quid*. Inde نَجِي *conſors arcani*, *ſocius*, *quem ſecreti participem facimus*. Innuit ſemet ipſum, qui *Confabulator* & *ſocius*, recens admodum acceſſerat. *Lam* eſt emphaticum.

ارتابت بعزوته *Dubitaret de gloriatione ejus*. A rad. عزا ult. *Vav*, *retulit* genus ad aliquem, *ab eoque ſe denominavit*. Inde عزوة eſt نسب *genus paternum*. *ſtemma*. *deductio ſtirpis*, præſertim *nobilioris*. Illa ultima notio hic reſpicitur, ad indicandam *gloriationem* illius, qui ſe tam nobilis diſtichi *patrem* ferebat & *auctorem*. Alterum ارتابت 8. conj. a راب med. *je*, *ſuſpicione*, *ſcrupulo*, *dubio ſollicitari*. Originem recluſit *Teblebius* اصل الريب القلق والاضطراب سمي الشك بذلك لانه يقلق النفس ويزيل الطمانينة *Stirps & origo* ריב *eſt inquie-*

يَا قَوْمِ لَنُجِيبَنَّكُمْ مِنَ ٱلْيَوْمِ، قَالَهَا فَكَأَنَّ ٱلْجَمَاعَةَ ٱرْتَابَتْ بِعَزْوَتِهِ وَأَبَتْ تَصْدِيقَ دَعْوَتِهِ فَتَوَجَّسَ مَا هَجَسَ فِي أَفْكَارِهِمْ وَفَطِنَ لِمَا بَطَنَ مِنَ ٱسْتِنْكَارِهِمْ وَخَافَ أَنْ يَفْرُطَ إِلَيْهِ ثُمَّ فَقَرَأَ إِنَّ بَعْضَ ٱلظَّنِّ إِثْمٌ ثُمَّ

inquieta commotio, & *concuſſio. Dubitatio autem* ריב *eſt appellata, quoniam inquieta commotione agitat mentem, ejuſque pellit tranquillitatem.* Optime; nam ſtilo *Alcorani* dicitur شك مريب *dubitatio concutiens*, nempe *injecto ſcrupulo* Vide *Sur.* 34: 54. & 41: 45. Eſt autem قلق, quo راب ſolet declarari, proprie *pulſatus reſono* & *intremo*, veluti quum in *vas injecto lapillo*, *concuſſio* ibi *reſonans* exiſtit. Hinc ريب *Raib* & *Ryb* apud Arabes teritur pro omni eo, quod *ſollicitat* & *turbat*, ut *ſuſpiciones*, *dubitationes*, *contentiones litigioſæ* &c &c. prout exemplis appoſitis Demonſtrabo in *Originibus*, Hebræum ריב ex hoc fonte illuſtraturus.

ابت تصديق دعوته

Renuebat veracem habere ejus jactationem. Cum ة nota præced. عزو *gloriatio circa paternum genus* pulchre nectitur دعوة *Pretentio generis*, & quidem *falſa*, a rad. دعا *vocavit*, unde دعا لنفسه *arrogavit ſibi.* تصديق inf. 2. a صدق *Recto* — *rigidus* fuit; indeque ſecundario uſu, *ſincerus*, *verus*, *innocens*, *rectus* fuit.

Æquus virtutis cultor, Rigiduſque ſatelles.

Adi *de defect. Ling. Hebr.* Arabum uſus in *veracitatem tenoris ſervantiſſimam* potiſſimum incubuit. Hebræi *Juſtitiam* ſub צדק magis frequentarunt. Utrique tamen utrumque ex Origine & in-

dole

obediatur: Profecto auctor ejus, O amici, is, qui ſocius vobis hodie acceſſit. Erat autem ac ſi cœtus *animi dubius penderet* circa hanc ejus *gloriationem*, & *negaret fidem adhibere jactationi* ejus. Ille vero *ſagaciter odoratus eſt*, quod *in mentes* eorum *inſinuaverat*, & intime perſpexit, quam recondebant intus, *inficiationem* & *improbationem*: metuens itaque ne *præcipiti vituperatione obrueretur*, *recitavit* ex Corano, *eſſe ſuſpicionem Crimini proximam*.

dole thematis admiſerunt ابيتن ab ابي *noluit, negavit, renuit*; *abhorruit* etiam, & *averſus faſtidivit*, in *Golio* dicitur ſonare contrarium τῷ אבה *Hebræorum*. Non admitto contraria, quæ cum *Antiphraſibus* ſunt amandanda ad Utopiam. Iſtud ابي ult. *je*, Itemque ابا ult. *Vav*, valet quoque *patrem geſſit, aluit, educavit, ſe voluntate & affectu parentem præbuit*. Sic אבה & ابي conſentiunt atque conſpirant. De diſſenſus anſa & occaſione alibi diſquiretur.

استنكار *Abnegatio improbans & inficians*. Eſt inf. 10. a نكر *inficias ivit, abnegavit*, tanquam incognitum plane, & non ſuum. *Improbavit. Repudiavit. Tanquam reprobum & invi-ſum abjecit*. Hanc amplitudinem redde τῷ נִכֵּר *Jer.* 19: 4. 1 *Sam.* 23: 7. & alibi. In 2 *Conj.* نكّر *Fecit ut quid cognoſci non potuerit*; Speciatim. *ignota & aliena ſpecie induit: transformavit de meliore in deteriorem formam*. Sic intelligas diſtinctius 1 *Reg.* 14: 5. ותנכרה והיא Hæc pro ſpecimine. Reliqua lux themati נכר adhuc debita, aliam & longiorem requirit curam.

خاني ان يفرط اليه ذم *Metuebat ne præverteret ad ſeſe vituperium*. خاني 3. Præt. ab خني *cavit. vitavit. metuit*. Hujus conj. non meminit *Golius*, Ea etiam occurrit in *Carm. Tograi* Vſ. 48. Sequens يفرط fut. in 1. a فرط *prævertit. præceleravit. præceps & nimius fuit*. In verbo, re, actione omni. Origo pendet a فرط نظام *Sphærularum diſſolutione*, ut ſupra deductum.

قرا *Et legit*. Intellige قران *Corani*, a *Legendo* ſic dicti, locum recitatum, بعض الظن اثم *Quæ-*

ثُمَّ قَالَ يَا رُوَاةَ ٱلْقَرِيضِ وَأُسَاةَ ٱلْقَوْلِ ٱلْمَرِيضِ إِنَّ خُلَاصَةَ ٱلْجَوْهَرِ تَظْهَرُ بِٱلسَّبْكِ وَيَدَ ٱلْحَقِّ تَصْدَعُ رِدَا ٱلشَّكِّ وَقَدْ قِيلَ فِيمَا غَبَرَ

من

Quædam Suſpicio crimen eſt. Pro *Suſpicioſus crimini affinis.* Extat *Sur.* 49: 12. إثم eſt אשם. *Nefas & illicitum omne. Reatus. Crimen.* Peculiariter poſt Muhammedis ſanctiones, *vinum*, & *alea.* Origo thematis اثم אשם necdum ſatis perſpecta; notiones enim illæ apud *Golium* in 1. *Iniquitatem commiſit, culpam commeruit, peccavit, crimini obnoxius & reus evaſit. Pro iniquo & ſonte judicavit* Deus, haud dubie ſunt ſecundariæ. Aliquid forte reſidet in part. 3. مواثم apud *Phiruzabad.* الذي يكذب السير *qui falſus & mendax eſt in incedendo*, nempe qui *crebro offendit & impingit.* الاثم אושם Idem; *Golio* tamen *Tardus* & *laſſus*, quaſi *delinquens in conſueto opere* camelus. Sic non *princeps* foret hæc *notio*, ſed a *crimine* & *delicto* propagata. Pro mea conjectura ab *offendendo* facit etiam مأثم *delictum*, *crimen* plerumque, pro *Calamitate* uſurpatum ab Arabsjade in opere MS. Quomodo *offenſio* Latinis *partim* eſt *delinquentis*, *partim in calamitatem incidentis.* Amplio tamen, & uberius lumen circumſpicio.

رواة القريض *Conditores carminis.* Proprie *Rigatores*, *derivatores.* Eſt *plur. fr.* a راو pro راوي a روي, רוה *irrigavit.* قريض *carmen*, a قرض *ſecuit*, *reſecuit*; quaſi dicas, *ſectum minutius*, & *inciſum ſermonem.* Sic præivit Teblebius القريض الشعر بمعني مقروض كأنه يقرض من الكلام كما يقرض الشي بالمقراض. *Karytds* קריין *eſt carmen*, *quaſi dicas* מקרוץ *reſectum*, *tanquam quod reſecatur a ſermone*, *prout aliquid reſectum forfice.* Sic natum quoque מזמור a זמר *ſecuit.* Latinorum *carmen* non eſt *canimen*, ſed *carimen* a *carere* quod eſt *carminare.* Fruſtra eſt magnus *Voſſius* quum ſcrinia excutit Orientis,

pro

Et deinde dixit, O vos *carminis conditores*, & *ægroti ſermonis medicatores*, *metallorum* utique *ſinceritas conſpicitur conflatura*; & *manus veritatis diſcutit peplum dubitationis*; eſtque dictum jam inde ab ultima antiquitate concelebra-

 tum,

פרץ etymo Latino. قرص ſine puncto eſt *duobus digitis prehenſum compreſſit*. Utraque radix lucem adfert Hebræo קרץ, præſertim tamen poſterior.

اساة القول المريض *Medicatores dicti ægroti*. Verbum اسا ult. *Vav*, אסא vel אסי *Chald.* eſt *medicamento impoſito curavit*. Ejus *part. præſ.* آس pro آسي, dat in *plur. fr.* أُسَاةٌ *Chirurgi* ſpeciatim, per quietem 3. radicalis pro أُسَيَةٌ, formæ نُصَرَةٌ, quæ eſt *nona* ordine *Erpenii*, quem vide *Gramm.* p. 127. Sic رُوَاةٌ pro رُوَيَةٌ. Adhibetur autem *plur. fractus* pro *ſano*, & *perfecto* آسُون, quum ſignificatio generalis reſtringitur, & *medentum* latior per ſe uſus, ad ſolos *medicatores vulnerum*, ac *Chirurgos* applicatur. مريض porro eſt a مرض *ægrotavit*, quæ eſt ſignificatio ſecundaria, a *detrito cortice* ut ſuſpicor, prout حلا חלא *detevi*; *decorticari*, eſt *ægrotare*. Iſtius *corticis detriti* vim præfert 2 conj. مرّض *ventilavit* triticum. Clarius adhuc مرص in 5. تمرّض *decidit*, *detractuſque fuit* cortex. Inde מרץ, cujus poteſtas genuina latitat, lucem foenerari poſſe videtur. Per *ægroti ſermonis medicatores* intelliguntur *Magiſtri ſanioris eloquentiæ*, & *linguæ periti*, qui *vitia* & *morbos*, ab imperitis adfricari ſolitos, poſſunt ſanare, integritatemque ejus illibatam conſervare.

خلاصة الجوهر تظهر بالسبك *Sinceritas metalli apparet inter conflandum.* Proverbium Orientalibus pertritum, quo *ſolidam virtutem explorando cognoſci* innuunt. جوهر alias *margarita*, itemque *gemma omnis*, latius etiam *metalla præſtantiora* complectitur; *aurum*, *argentum*, quicquid *nitet* & *præſtat* in mineralibus. Originem & radicem ad *conſ.* 1. jam vidimus. خلاصة *Purior meliorque rei pars*; *ſincerum* & *purificatum butyrum*; a خلص *Liber & ſalvus evaſit*: *bonus*, *exquiſitus fuit*: *pura*, *impermiſta*, *mera*, *ſincera fuit* res. Hæ notiones ortæ ab *extrahendo* חלץ. *Extrahi* eſt *Liberari* e peri-

مَنَ ٱلزَّمَان عِنْدَ ٱلْأَسْتِحْسَان
يُكْرِمُ ٱلرَّجُلَ أَوْ يُهَان

periculo, & *ſalvum fieri*. Sed & *extrahi* dicuntur *ſubtiliſſimæ & puriſſimæ* particulæ rerum. Ergo خالص *exquiſita & electa pars rei*, proprie *extractum* ſonat. Cum חלץ inſuper conferri debet خلع, *extraxit lentius* calceum, veſtes &c. &c. ut ſupra jam monitum.

يد الحق تصدع ردا الشك

Manus veritatis ſcindit veſtem dubitationis. صدع *fidit* etiam valet *manifeſtavit, clare expoſuit* rem; utrumque reſpexit noſter in hac figura. رداء *pallium: palla; veſtis exterior* qua viri, qua feminæ; ipſum etiam caput, præſertim quum de feminis uſurpatur, cooperiens. Radix eſt ردي, ult. *je*, cujus 2. notat *pallio, palla, exteriore operimento induit*. Inde dictum figuratum رداه الله رداء عمله *Amicivit ipſum Deus amictu proprii operis: pro rependit ei pro meritis*. Laudavit *Tebrizius* ad *Hamaſa*. Percipietur hinc, cur رداء, in *Golio* ſignificet etiam *Ornamentum & decus*, nec non *dehoneſtamentum & dedecus*. Etiam per *debitum*, ſive *æs alienum* ibi exponitur. Ad quam notionis & ſuavitatem ſimul condiſcas ex *Abulphar*. p. 158, 159, ubi *Harith Ibn Calda*, Medicus *Arabs* longiorem vitam deſideranti, inter alia præſcribit ليخفف الرداء *ut leves induat veſtes*: يريد بخفة الردا ان لا يكون عليه دين *innuens per levitatem veſtium, ne ære alieno ſemet gravet*. Illuc collineat quoque formula خفيف الرداء *paucos domeſticos, & parum æris alieni habens*; Proprie *Levis veſtium*, & contra ثقيل الرداء *gravis veſtium*. Alia metaphora غمر الرداء apud *Golium* exponitur *Liberalis bene merendo*, quaſi dicas *profundus veſtium*, *ſinu* nempe *laxo* vel & *lacinia fluente*, *prolixus* ac *munificus*. Contrarium eſt ذميم الرداء *illaudatus veſtium*, cujus *pallium*, tanquam *breve* nimis & *arctum vituperatur*, quæ eſt *Avari* nota in *Hamaſa*.

tum, *quum probatur, honorabitur aliquis, aut contemnetur.* Ec-

قماة الجسم والرداء ذميم

Humilitas corporis eſt; & pallium vituperatur.

Ubi *Tebrizius* اراد انه بخيل
كما قالوا للجواد غمر الرداء
قالوا للبخيل ما يضاده

innuit eum eſſe Avarum: ut enim liberalem vocarunt profundum pallio; ſic Avarum contraria appellatione adfecerunt. Atque hæc quidem hactenus; ad figuratiores quoſdam uſus *Pallii* hujus vel *pepli*. Diverſo adſpectu *peplum dubitationis* hic poſitum, quod *ſcindi* continuata metaph. dicitur quum *dubitatio* omnis *diſcutitur.* شكّ *Dubitavit. ſubclaudicavit. incubuit inhæſitque rei. Totum ſe armis cooperuit. Transfixit* haſta. Re alia omni *confixit.* Omnes hæ notiones apud *Golium* ſunt ſecundariæ, a *ſpina* ſubnatæ, quæ non tantum in شَوْك & شَاكَ med. *Vav* ſe exerit, שׂוֹכִים; ſed etiam in شكّ med. *defic.*, שִׂכִּים, ſuntque alia adhuc in Bibliis, magnam lucem ex collatione utriuſque hujus radicis aliquando foeneratura.

عند الامتحان يكرم
المرء او يهان

apud explorationem pretioſus cenſebitur vir aut vilis. Sic preſſius adhuc vertendum. امتحان eſt inf. 8. a محن *tentavit, probavit experimento.* Hebraice בחן, mutato ב in מ; quæ ſunt unius organi, aliiſque etiam in linguis crebro commutantur. Eſt poteſtas *ſecundaria*, quæ manavit a *primigenia* illa *Terendi* ac *lævigandi*, quam Arabes quoque pro amplitudine linguæ, ac vetuſtæ memoriæ aſſervarunt. *Probatur, exploratur* aurum *terendo* ad coticulam. Inde

امتحن الله قلوبهم

Terendo probavit Deus corda illorum nempe ad *Coticulam afflictionis & calamitatis*, quæ inde مِحْنَة appellatur. Sic recte vertitur apud *Giggeium.* Ad *Lapidem Lydium* quoque manifeſto ſpectat proverbiale noſtrum dictum, in quo يكرم *fut paſſ. conj.* 4. *honorabitur* proprie *pretioſus cenſebitur*, ob oculos ponit *aurum*, aliaque *pretioſa* rerum, *terendo* & *fricando probatarum.* בחן eandem indolem habuiſſe

وَهَا أَنَا قَدْ عَرَّضْتُ خَبِيَّتِي
لِلْإِخْتِبَارِ وَعَرَضْتُ حَقِيبَتِي

habuiſſe liquet ex *Eſaj.* 28:16. ubi ſuavi luſu Meſſias vocatur אבן בחן *Lapis explorationis.* Quaſi dicas *Lapidem Lydium* ad quem *corda* hominum & *intimæ Cogitationes explorentur*, ut *Cocc.* in *Lex.* notat. Non diſplicebit, credo, imago hæc, reddita iis locis ubi בחן proſtat; ut *Job.* 12: 11. אזן מלין תבחן *Auris* tanquam ad coticulam terit & *explorat dicta.* Similiter reliqua. Ceterum a rad. كرم *Pretioſus, nobilis, liberalis, generoſus, magnificus fuit* eſt כרם *vitis*, كَرْم, unde apud *Haririum Conſ.* 12. habemus بنت الكروم *Filiam vitium* vel *vinearum* pro *vitigeno latice.* Ultimum يهان, eſt etiam *fut. paſſ.* 4. ab هان med. *Vav*, *facilis, lenis, levis fuit.* Alio adſpectu idem verbum valet *quievit*, ejusque derivatum هون eſt *quies*, *modeſtia, manſuetudo, lenitas, Commoditas, facilitas* vitæ. הון *Opulentia.* Ex priore uſu explicandum illud ותהינו *Deut.* 1. 41.

عَرَّضْتُ خَبِيَّتِي لِلْاخْتِبَارِ

Produxi theſaurum meum ad cognoſcendum. عَرَّضَ valet inter alia اظهر *conſpicuum fecit*; & *expoſuit.* خبية ſub rad. خبا ult. *Vav* & *je*, apud *Golium* eſt *Abdita res. Latibulum.* Prior notio hic obtinet, *theſaurumque* deſignat, & quidem *Literaturæ* ac *Eruditionis* in hac ſerie. *Schol.* خبيتي مكتومي وما خبات من علمي חביתי *eſt reconditus meus theſaurus*, & *quod* חבאת *occultum habebam de ſcientia mea.* Confer quæ ſupra de חבא خبا, ult. *Eliph.* & חבה خبا ult. *Vav* aut *je*, jam monui. اختبار inf. 8. a خبر *ſcivit, cognovit, reſcivit.*

وعرضت حقيبتي علي الاعتبار

& *expoſui peram meam, ad ſpecimen capiendum.* عرض *expoſuit* & *obtulit* ad vendendum. *Venditavit.* Plena locutio عرض علي البيع *expoſuit venum.* حقيبة *pera, mantica*, وعاء من جلد يجعله

Ecce autem ego *produxi* vobis *Theſauros* meos ut exploraretis, & *peram* meam *expoſui* ut ſpecimen caperetis. Aliquis

N

غير مستحقب اثما يجعله الراكب خلفه

maſa eſt *non ſuſcipiens in ſe crimen*, tanquam *peram* videlicet, vel *manticam tergo adfixam*, uti eſt etiam in proverbio Latino. In bonum tamen etiam حقيبة *mantica* hæc ſe præbet, egregieque dictum a nonnemine.

Vas Coriaceum, quod eques locat poſt tergum. eſt a rad. حقب *ſub ventre conſtrictus* fuit camelus. In 4. احقب *Conſtrinxit ſub ventre, ſupne*, ſeu *cingulo poſteriore*, حقب dicto, in 8. & 10. *conj. In ſe ſuſcepit & commiſit* crimen. In *Ha-*

والبرّ خير حقيبة الرحل

Pietas autem optima eſt pera ſellæ cameline.

Laudavit *Tebriz.* ad *Hamaſa*, addens حقيبة ما يشد خلف الرحل والفعل منه احتقب واستعير فقيل احتقب الاثم *Hakyba eſt quod ligatur poſt ſellam camelinam, indeque verbum Ihthakaba, poſt tergum ſumſit peræ ritu, quod transferri coepit, ut dicatur, peræ ritu poſt tergum ſumſit crimen.* Heic loci uſurpatur pro *recondito-rio* aut *loculamento* mercium, atque adeo pro *recondita eruditione*, quam *Abuzeidus* circumgeſtabat. Sic in conj. 33. *Deſiderabat multitudo ipſum remanere* ليستنجش خبسانه وتستنفض حقيبته *ut veſtigaret theſaurum ejus, & excuteret ejus peram.* In *Conſ.* 22. figuratius adhuc حقيبة الاسرار *pera ſecretorum* vocatur *a ſecretis.* Apud Poetas peræ mulierum ſunt *Nates obeſiores*, quod pulcrum *veſtis fartum* in Arabia. *Diw. Hud.*

لف نعال الحقايب

Craſſæ femoribus, graves peris.

In

عَلَى ٱلْاعْتِبَارِ فَٱبْتَدَرَ أَحَدٌ مَنْ حَضَرَ إِعْرِفْ

. . ـــا لَمْ يُنْسَجْ عَلَى مِنْوَالِهِ

. ـــنحت قَرِيحَةٌ بِمِثَالِهِ

. . . ٱخْتِلَابَ ٱلْقُلُوبِ فَٱنْتَظِمْ عَلَى هَذَا ٱلْأُسْلُوبِ

In *Hamaſa*.

عذاب الثنايا مشرفات الحقايب

Limpida dentium ſaliva prædita, eminula peris.

Ubi *Tebrizius* الحقايب الارداف هنا *Peræ hic ſunt Nates.*

بيتا لم ينسج على منواله

Verſum, non texebatur unquam *ſuper ejus liciatorio.* Id eſt *ſingularis texturæ.* منوال eſt خشبة الحايك *jugum textoris* pro منوار ab *Hebr.* מנור 1 *Sam.* 17: 7. 2 *Sam.* 21: 19. Thema eſt נור, دسار *mel. Vav & je*, unde دبر ניר *Licium, ſubtegmen telæ*, ab *interlucendo*, Item *ſulcus* agri novati *interlucens*. Item *ſimita*,, & *nota luceat circa oram telæ detextæ*. Male *Mem* in מנור ponitur radicale. منوال & منول ergo ex hoc fonte *jugum textorium*; *Liciatorium*: indeque *modus* & *conſtitutio rei* علي هذا المنوال *ad hunc modum*, quaſi *ſuper hoc jugo textorio.* Dicitur etiam منوالك ان تفعل كذا *Officium tuum eſt ut facias ita. Decet te ita facere.* Proprie *illud jugum textorium tuum: ita tibi iſta tela texenda.* Hæc ad illuſtrationem *Golii* in hac voce ſub نال. Obſervetur etiam uſus *Alsharestanii* apud *Pocol. Specim.* p. 194. *Orta eſt hæreſis eorum qui Decreto Dei bonum & malum attri*

liquis itaque adſtantium prævertens dixit, teneas verſum hunc *ſingularis* plane *artificii* ac *contexturæ*, & cujus ſimilem ne *beatiſſima* quidem *vena* hactenus *expromſit*; ſi itaque *præcellis in præcordiis deliniendis*, contexito nobis carmen hujuſcemodi; ac cecinit.

N 2 *Et*

ونسج علي منوالهم *tribui ut* واصل بن عطا *quorum liciatorio texit Waſil Ibn Ata.* Id proxime ad notitum accedit. Eſt tamen figuræ noſtræ major adhuc emphaſis, nam monente *Schol.* يريد

ان هذا البيت رفيع الصنعة

في الشعر لم يصنع بيت

مثله *Vult dicere hunc verſum eſſe celſi artificii in Poeſi, cui ſimilis verſus nunquam ſit factus.* Illuc ſpectat etiam نسيج *Unicus, incomparabilis.* Radit نسج *texuit.* Unde نسّاج *Textor.* metaph. *Mendax qui mendacia ſuit & texit.* ὑφαίνειν ita Græce. *Venti* etiam dicuntur *Texere* quum *ex adverſo ſpirantes ductibus decuſſatis arenas ſignant.* Unde in *Diw. Hud.*

اولج من الريح نسج

Agmina ventorum texentia.

Exponitur etiam *glomeratis inter ſe pedibus Properavit.* Latinis *texere* greſſus &c. &c. Quin Græcorum νέομαι, quatenus *Itum, reditumque omnem* deſignat, a *texendo* fluxiſſe videtur.

ولا سمحت قريحة بمثاله

Neque prompta & facilis fuit vena ulla in conſimilem illi. قريحة *indoles, ingenium, naturalis vena & induſtria.* Proprie *prima e puteo ſcaturiens aqua: Lympha pura, limpida, nulli rei permiſta*, quæ etiam قريح & قراح. *Teblebius* ad *Conſ. 6.* القريحة في

الاصل اول ماء البير النابع

عند حفرها وشبه الذهن

بذلك لما تولد عنه من

المعاني *Karyeha in ſtirpe eſt prima illa aqua putei, quæ ſcaturit quum foditur: & comparatur ingenium* ſuum

فَأَمْطَرَتْ لُؤْلُؤًا مِنْ نَرْجِسٍ فَسَقَتْ
وَعَضَّتْ عَلَي ٱلْعُنَّابِ بِٱلْبَرَدِ *

...كُنْ إِلَّا كَلَمْحِ ٱلْبَصَرِ
حَتَّى أَنْشَدَ وَأَغْرَبَ

cum illa ob enatos ex illo ſenſus. In 8. Conjug. اقترح *Extemporanea carminis vel orationis vena polluit.* In *Hiſt. Tamerl.* p. 30. جمود قريحة *congelatio venæ ſcaturientis* ponitur pro *inſipientia*, alluſione ad hanc originem. Porro سمح *Beneficus, liberalis, facilis, clemens fuit.* Deriv. سَمْح *facilis, mitis, lenis, liberalis.* Hæc ſecundaria ſunt. Primariam vim ſiſtit عود سمح *lignum enode.* In 2 *conjug.* eadem notio ſervata, ubi تسميح الرمح eſt *rectam, æqualemve facere haſtam*, proprie *enodem.* Conveniunt autem سمح & سهل, niſi quod poſterius hoc de *terra* potius *molli*, *plana*, *facili* uſurpetur. τῷ سهل autem *terræ planæ ac molli* opponitur حزن *terra ſalebroſa ac dura.* Inde حزن *triſtis fuit.* Apud [illegible] Contrario, *lætus ſum*; quaſi dicas ſine *nodo & aſperitate ulla cordis triſtitia contracti, aut conſtricti.* Hæc fuſius alias, etiam *munificæ liberalitatis, & clementis condonationis*, uſibus matri Hebrææ reſtitutis ex Arabia.

اختلاب القلوب *Delinire corda* Inf. 8. a خلب *faſcinavit* dictis deleniſicis, & tanquam *in ſepto cordis tetigit.* Redeatur ad Originem ſupra jam ex Teblebio productam.

انتظم علي هذا الاسلوب

Contexito ſuper hoc ductu. Thema نظم teritur in *margaritis conſertis.* Inde transfertur ad *carmen eleganter compoſitum.* Belgice *Rygen, inrygen.* Ejus derivatum نظام eſt *linea ſeu funiculus margaritarum.* Et figurate ملاك الامر *Id quo nego-*

Et pluit illa margaritas ex narciſſis, irrigavitque
Roſam, atque admordit uvas grandine.

Interceſſit vero nictus tantum oculi, eoque minus, quum mirificum hocce producens cecinit.

negotium conſtat ac ſubſiſtit; interior conſtitut و *& firmitas rei omnis;* quaſi dicas *nexam & ordinatam* ejus *ſeriem.* Hinc ducta phraſis انغرط نظامه *diſſoluta & diſturbata eſt ſeriei ejus*, pro *confuſione* rerum, & *turbatione* omni. اساوب *ductus. tractus. via. ſemita. modus* agendi. *Pars doctrinæ & cognitionis* etiam in *Golio*. Radix eſt سلب *traxit.* Hebræum שלב huc non pertinet; ſed cum ثلب confe-rendum, quod *Crenas & inciſuras murorum* deſignat.

امطرت لولوا من نرجيس

Pluit margaritas ex Narciſſis. Scholiaſtes النرجس له نور اصفر فيه انكسار وفتور تشبه به العينان اذ كان في نظرها فتور *Narciſſo flos eſt flavus in quo fractio & languor: cum eo autem comparantur Ocelli languidius intuentes.* امطرت 3. fœm. præt. in 4. a مطر, מטר, המטיר *Pluit*, pro بكت *Lacrymavit* hic poſitum figurate, *margaritis* etiam *Lacrymarum* figuram gerentibus. Amatoria hæc. Sat venuſtum & hocce.

بكت لولوا رطبا وفاضت مدامعي
عقيقا فصار الكل في نحرها عقدا *

Flevit illa margaritas recentes, & Exundarunt quoque bitqui mei Gemmis rubris; quæ nexuerunt ſuper collo ejus monile.

وردا سقت *rigavit roſam.* Id eſt خدا بلت *humectavit genam roſeam* Nota imago. ورد eſt *ῥόδον*.

56059

سالتها حين زارت نضو برقعها

وإيداع سمعي أطيب الخبر *

...ت شفقا غشى سنا قمر

و...طت لؤلؤا من خاتم عطر *

عضت علي العناب بالبرد

Momordit uvas grandine. Hæc longius a genio Europæorum deflectunt. *Grando* hic ſignat *dentes candidulos*, ut ſupra etiam vidimus. *Uvæ* ſunt *extremitates rubicundæ digitorum*, *ſuco tinctæ*, ut *intenſius* etiam *rubeant*. Id in deliciis Gynæcæi apud Arabes. عناب eſt ענב *uva*, præſertim *rubra*, *purpurea*. Unde *Deut.* 32. דם ענב.

نضو برقعها القاني

Remotionem veli ſui rubicundi. Verbum نضا ult. *Vav*, inter alia *Exuit* veſtem, *detraxit*. برقع *Rica*. *operimentum faciei muliebre.* Thema quadriliterum برقع *operuit faciem rica* Grandi figura hinc *Conſ.* 25. noſter تبرقع بالاكفهرار *Rica Auſteri vultus ſe cooperuit.* הכחיר פנים *Velo obduxit vultum*, Stylo Biblico tendit quoque ad *indig*ram. قاني *part.* ult. *Eliph.* *intenſius* אודם קנא احمر قاني junctum efferri ſolet ad *ſummum gradum rubedinis* judicandum. Eſt etiam in rad. قنا vis *depſendi corium*, ſpeciatim ut *rubro colore imbuatur.* In *Golio* quoque exponitur ſign. 3. *Occidit*, *ad necem adegit.* Apud *Giggejum* eſt قنا فلانا *illum invaſit ad necem inferendam.* Id mihi repræſentare videtur *Hebræum* קנא *Zelotypia ductus fuit.* In Origine *vehementius rubuit*, *facie flammante* quaſi præ *fervore* ac *Zelo*. Solent in omnibus linguis vehementiores affectus a colore, quo tingunt, denominari. Sic *Livor* natus, pro *invidia*; ſic *palleſcere* ſignat *metum*; ſic *rubor* tranſiit ad *pudorem*; quamvis nec *rubicundus vultus irati*, *æmuli*, *Zelotypi*, Latinis ſit ignotus.

وايداع سمعي اطيب الخبر

Et

Rogavi eam, quum inviſeret, removeret velum ſuum
Rubicundum, deponeretque in aures meas ſuaviſſimum
ſermonem.
Removit itaque crepuſculum, quod tegebat ſplendorem lunæ,
Cadereque fecit margaritas e ſigillo ſuave olenti.

Hic

Et Deponere in aurem meam ſuaviſſimum ſermonem. سَمْع *Auditus*, & ipſa *Auris*. Radix سمع שמע. ايداع inf. 4. a ودع *poſuit, depoſuit, repoſuit* aſſervandum. Ea eſt origo verbi ידע *ſcivit, cognovit* quaſi dicas *reconditum habuit in memoria*; plane ut وعي quoque apud Arabes eſt depoſuit *in* وعاء *reconditorio*, & deinde, *aſſervavit in mente, memoria retinuit*. In 4. اودع *depoſuit & ſervandum dedit* quid alicui, הודיע, *Communicare, committere* arcana, &c. &c. Heic loci ſpeciatim attenditur *arcanum* quid *in aure* quaſi *Depoſitum* ac *Commendatum*. Porro اطيب eſt *form. comp.* ac *ſuperl.* a طاب טוב med. *Vav*, & *je*, *Bonus, jucundus, ſuavis, fragrans fuit.* Pro ايطب אטיב etiam efferitur اطيب אטיב, ut יטב & טוב in Bibliis alternantur. Ut autem Hebræis טוב *bonus ſuavis*, ſæpe eſt *ſuave-olens*, ita illam poteſtatem mirum quantum frequentant Arabes, quippe quibus טיב طيب eſt *odoramentum* omne, ac *aroma*, & 2 *Conj.* طيّب *aromatibus condivit.* 5. تطيب *Aromatibus conditus*, vel *unguento odoribusque perfuſus fuit.* Heic loci illa quoque vis captata eſt, & *ſuave Olens ſermo* intelligitur, ut patet ex verſiculo ſequenti ubi *pulchrum & tanquam aromatibus conditum os* inducitur.

فرجرجت شفقا غشي سنا قمر

Et removit Ruborem crepuſculi, qui tegebat ſplendorem lunæ. Id eſt *Rubicundam ricam a pulchra facie dimovit*, ازالت نقابا احمر عن حسن الوجه ut *Scholiaſtes* notavit. Eſt autem شَفَق eodem *Schol.* monente, حمرة الشمس بعد الغروب *Rubor ſolis poſt occaſum.* Radix شفق *condoluit, miſeratione ductus fuit*: In 2 *parum fecit, parum amavit: deteriore modo texuit* veſtem. In 4 metuit

[illegible] الحاضرون لبداهته واعترفوا

ـ آنس استيناسهم بكلامه وانصبابهم

metuit. Ita *Golius.* Ea nemo intelligat, expediatve, ſine notitia Originis, quam recludit *Tebrizius* ad *Hamaſa* اصل الشفق الضعف ومنه ثوب شفق. *Stirps verbi hujus adſert debilitatem indeque dicta veſtis Schjefek, debilius texta.* Ex hoc jam fonte *metus*, nec non *comm*[illegible] prolu-xere. *Crepuſculum* etiam a [illegible] adhuc *lumine* ita dictum apparet. Sequens سَنًا pro [illegible], *Splendor*, pecul. *f*[illegible], eſt a سنا ult. *Vav*; *L*[illegible], *Splenduit* ſpec. *in ſublimi.* In *Hamaſa* Pater duobus Filiis hoc verſiculo parentat;

شهابان منا اوقدا ثم اخمدا

وكان سنا للمدلجين سناهما

Duo Fulmina belli e nobis accenſa, mox extincta ſunt: Quorum fulgor noctu viantibus prælucebat.

Poſtremo قمر *Luna* ſic dicta videtur a *Colore albo*, & quidem *ſubſuſco illo*, ac *viridi*, qui reſidet in them. قمر. Alio nomine *Luna* بدر appellatur, لمبادرته الشمس بالطلوع *quoniam praeoccupat ſolem oriendo*; nam بدر eſt *feſtinavit.* Apud *Algazalium* reperio وجهه كالقمر ليلة البدر *Ejus facies erat ut Luna, nocte decima quarta menſis.* Id eſt *in plenilunio.* Tertia adhuc eſt *Lunæ* deſignatio per vocem هلال, *Lunæ novæ*, præſertim *naſcentis* quin & *denaſcentis*, menſium primis ac poſtremis diebus. Idem הילל هلال *Luciferum* quoque deſignat.

فساقطت اولوا من خاتم عطر *Et projecit margaritas è ſigillo bene-olenti.* Verbum سقط *cecidit*, in 3. exponitur *alternis cum alio recitavit* Carmina, quaſi dicas

Hic vero adſtupere omnes extemporalem hominis facultatem, & agnoſcere eum a plagio eſſe quam alieniſſimum, quan-

O

dicas *cadere fecit ex ore.* لولو *Margaritæ* hic ſunt *Pretioſi* & *pulchri ſermones*, quæ & *Matt.* 6. ſic adhibitæ. خاتم *ſigillum* pro *ore* poſitum, & quidem فم.

كالخاتم في الاستدارة والضيق وقد كثر الشعراء في تشبيه فم النساء بالخاتم لضيقها *Ore, ſigilli inſtar rotundo & arcto, nam Poetæ multi ſunt in comparando ore cum ſigillo ob arctum clauſumque ejus.* Non abſimilem ſigilli uſum in *artiſſime clauſo* & *compacto* reperies *Jobi* 41:6. סגור חותם צר.

واعترفوا بنزاهته

& agnoverunt puritatem ejus, à furto, nempe aut plagio. Radix نزه eſt *avertit, cohibuit ſeſe ab inhoneſto. Integer, intactus, immunis fuit* a malo, *Aëris malignitate omni caruit* regio, *& amoenitate puriſſima ac delicatiſſima ſtauit.* Aliquid lucis pro primaria poteſtate adfert *Teblebius* quum نزاهته exponit رفعته وبعده عن التهمة بسرقة الشعر *Sublimitatem & remotionem ejus a ſuſpicione furti in carmine illo.* Inde colligitur principem vim ſitam in *remotione ſublimi.*

فلما انس استيناسهم

Et quum percepiſſet cicurationem eorum. Sic proprie. Radix utriuſque verbi eſt انس *familiaris evaſit, aſſuevit.* In 4. etiam *vidit, ſpectavit, cognovit, percepit*, انس صوتا *audivit*, ſive *percepit vocem.* Anſa iſtorum uſuum ex origine tenebitur. Ab אנוש اناس, & انسان, *homo*, eſt انس *genus humanum* oppoſitum τῷ وحش *generi ferarum.* Hinc jam انس *humanus fuit*, & انس *conſuetudo, familiaritas*, qualis eſt hominum inter ſe, cui opponitur وحشة *feritas manſueſcere neſcia.* In 5. conj. تانس *Manſueſactus fuit & cicuratus.* in 10. item *cicur evaſit* de fera fugaciore. Inde infin. heic loci elegantiſſime uſurpatur, *conciliatione animorum* per *cicurationem* expreſſa. *Scholiaſtes* recte, استيناسهم انسهم وترك نفارهم وانكارهم عليه *Iſtinis eorum, eſt cicuratio,*

الي شعب اكرامه أطرق كطرفة العين
ثم قال ودونكم بيتين آخرين وأنشد

وأقبلت يوم جدّ البين في حلل
سود تعضّ بنان النادم الحصر

فلاح

& omiſſio alienationis, & averſionis adverſus eum.

وانصبابهم الي شعب اكرامه *Et effuſionem eorum ad viam honorandi ipſum.* Prius eſt inf. 7. a صب *fudit. effudit.* unde انصباب hic eſt جري وميل *curſus & inclinatio.* Supra declaratum Conſ. 1. Alterum شعب eſt طريق في الجبل *Via per montes* proprie. Poſtremum اكرام inf. 4. a كرم *honoratus fuit*, quod paulo ante vidimus:

اطرق كطرفة العين *Terram ſpectavit tanquam ictu oculi*, Id eſt *ad momentum oculos humi defixit.* Verbum طرف habet varios, eosque profundæ Originis adſpectus. In 4. *Conj.* apud *Golium* redditur, *Conticuit. Obmutuit. Humi oculos defixit.* Id difficillime quis conciliet cum reliquo uſu: ſuccurrat ergo *Teblebius* اطرق اي رمي بصره الي الارض ساكتا واصله من النظر الي الطريق الذي يطاه *Atraka eſt conjecit oculos in terram ſilens. Origo eſt a ſpectanda via* طريق *Taryk, quam calcat.* Sequens طرفة indidem fluxit, *Ordo. ſeries. Veſtigium veſtigio impreſſum.* Inde طرفة او طرفتين *ſemel aut bis.* Proprie *veſtigio uno, aut duobus.* Hinc طرفة العين *Veſtigium* quaſi, *ac momentum oculi.*

ودونكم *Accipite.* A دون *infra, proprie, proxime*, eſt formula دونك *Cape habe tibi*, quaſi

quando ille eos jam *conciliatos* ſibi deprehendens, & *inclinatos* ad ſummum ſibi honorem deferendum, *Oculis in terram dejectis*, & *brevi facto ſilentio*, *Capite* inquit, alios duos Verſiculos, & cecinit.

Et prodiit illa, quum jam ſerio eſſet diſcedendum, in ſtolis
Nigris: admordens pulpas extremas digitorum pœnitentis deſperati.

quaſi dicas *infra te*, vel *prope te*; quod tollere poſſis, ſi lubeat. Illuc tendit uſus *Eutychii* in *Ann. Alexandr.* t. 2. p. 121. فدونك

فسلى نصحتك لك

Penes arbitrium ergo tuum erit; ego ſane admonni te. Illuc quoque expoſitio *Scholiaſtæ* دونكم

اغراء معناه حذروا واسمعوا

Infra vos, eſt incitandi formula, cujus vis eſt, advertite & auſcultate.

نعض بنان النادم الحصر

Mordebat extremitates digitorum poenitentis moerore oppreſſi. Notanda eſt perpetua fere ſtructura Arabum, qua *mordere extremos digitos Poenitentis* valet, *ad inſtar illius id facere;* niſi quod ita enunciatus ſenſus cenſeatur nervoſior. نادم a ندم *poenitentia* præſertim *ſera*, *ductus fuit*. In 3. نادم *compotorem egit* & نديم ac ندمان *compotor.* Ratio alibi declarata. حصر quod apud *Golium* exponitur *tenax*, *avarus*, latiore pollet uſu, ab *arcto* nempe, & *anguſto* radicis حصر, atque hic deſignat المنقطع عن الكلام *qui præ moerore loqui non poteſt*, vel ضيق القلب *anguſtatum corde*, prout *Scholiaſtes* annotavit.

فلاح ليل علي صبح

Et apparuit nox ſuper aurora. Id eſt *velum nigrum pulcherrimæ faciei fuit injectum.* Ita *Schol.* ليل *noctem* declarat per نقاب اسود برقع *Operimentum faciei nigrum*, *Ricam.* Acumen quoque in لاح *micuit*, *ſplenduit*. Reſpicitur ad *ſplendidam nigredinem* hujus *operimenti*; quum alias *ſplendor* & *te-*

فلاح ليل على صبح أقلهما
غصن وضرست البلور بالدرر

فحينئذ استنسني القوم قيمة واسنة

nebræ noctis pugnent, ac parum conſiſtant.

اقلهما غصن *quam utramque capite ſuſtinebat tener ramus.* قل קלל *levis fuit*, indeque porro *paucus, parvus, vilis* &c. habemus in 4. Conj. اقل *extulit in altum*, & *ſuſtulit ſuper caput. Levavit.* غصن *Ramus, Virga*, a غصن in Appendice Golii *amputavit.* Intelligitur *formoſa puella*

Οἷον ἔρνος ὅτις ἂν τέκοι Θεός.

Ut *Æſchyl. in Eumenid.* 669. *Rami* quoque vel *Germinis* vocem figuravit. Homerica phraſi diceretur, quæ ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσον. *Scholiaſtes Ramum* exponit القامة *ſtaturam erectam.* Phantaſia Poetica inducit *formoſiſſimum* ἔρνος, *capite ſuſtinens Noctem ſimul & Auroram*; *Auroram* quidem in *facie pulchra*; *Noctem* vero in *Rica faciei ſuperinjecta.*

ضرست البلور بالدرر

Maſticabat beryllos margaritis. Id eſt *Digitos Dentibus præmordebat*, eoſque præ vehementia mœroris *molaribus* ſuis *comminuebat* veluti. Verbum ضرس fortius eſt quam عض e eſt enim *Molari dente* ضرس *Dirs dicto*, *vehementius compreſſit.* Hinc ſpeciatim exponitur *Dentibus prebendit* lignum, aut ſimile quid, *exploranda duritiei ergo.* Redditur etiam, *ſævit in eum* fortuna, quaſi *dentibus uſa*, & *morſu* videlicet, nam *Tempus Mordax* & *Caninum* vocant Arabes *aſperum* atque *iniquum.* Porro بلور *Bîllaur* eſt *Beryllus.* Hujus gemmæ ſumma commendatio in *longitudine*, quia *Cylindros* ex eo facere amant, teſte *Plin.* 37: 5. Conf. *Salm. Exerc. Plin.* 779. 780. Vides autem *Beryllos* transferendi

pro

Micuitque Nox ſuper aurora, quam utramque in capite portabat
Tener Ramus: maſticabatque beryllos margaritis.

Tum enimvero omnes *extollere* viri *pretium*, & *prædicare*

 co-

pro *digitis*, quorum laus & commendatio quoque in *tereti longitudine*. Poſtremum درري eſt *plur. fr.* a درّ *margarita*, præſertim *Major*, *Unio*. Hebræis דר etiam fuit *margarita*, ut *Boch. Hieroz.* p. 2. p. 709. & ſeq. demonſtravit. Derivat à πάνυ a דור *rotundus fuit*; autumatque ſignificationem درّ. *radiavit* a *margarita* eſſe ductam, quum Arabes a *radiante candore* eam ita appellatam eſſe velint. Res digna quæ alibi latius diſcutiatur. Dicam tantum obiter vim thematis eſſe *radiatim fluxit*, ut & *radiatim luxit* & *ſplenduit*, prout נהר eſt *fluxit* primo, deinde *luxit*. A prima illa notione emanavit מר דרור. *Myrrha ſponte fluens*, ipſa etiam vis *Libertatis*, ſeu *fluxus liberi* in דרור. Ab altera, דר ſonat *Margaritam*, omnino enim defectivam radicem fuiſſe arguit *Dagesh forte* in درّ, eademque ratione لولو dictam vidimus ſupra a لألأ *fulſit*. Quod autem attinet ad figuram *Unionum* pro *dentibus candidiſſimis*, & *Cylindrorum* pro *digitis ſpecioſa longitudine ſe commendantibus*, habet ea ſuam gratiam, quam nec Europæa Poeſis abhorreret in rebus amatoriis. Sed *Beryllos unionibus maſticatos* Orientali coelo debemus relinquere. Vitioſiſſimum foret id noſtro ore ac more. in Oriente ubi id cui quid comparatur, eo ipſo quoque nomine ſignatur, æque commodum id, ac ſi dictum fuiſſet, *Digitos Cylindraceos maſticabat dentibus margaritas referentibus*.

حينين استسني القوم قيمته

Tunc temporis extulit populus pretium ejus. قيمة *Pretium*, *Valor* eſt a قام, קום, *ſtetit*. Item *conſtitit*, *valuit*. Apud Latinos etiam *ſtare*, in *pretio* ac *valore* teritur. استسني eſt 10. *Conj.* a سنى *luxit*, *ſplenduit*; in 4. اسني *magnifice extulit*, & tanquam *ex alto fecit ſplendere*. Indé سني *altus*, *excelſus*, *pretioſus*. In *Hiſt. Tamerl.* 156. مواعيد سنية *Promiſſa ſplendida*. Et *Abulphar.* p. 400.

وَجَمَّلُوا قِشْرَتَهُ قَالَ ٱلْمُخْبِرُ

فَهَذَا ٱلْحِكَايَةَ فَلَمَّا رَأَيْتُ تَلَهُّبَ

جَذْوَتِهِ وَتَأَلُّقَ جِلْوَتِهِ أَمْعَنْتُ فِي

تَوَسُّمِهِ وَسَرَّحْتُ ٱلطَّرْفَ فِي مِيسَمِهِ

فاذا

p. 400. خلعة سنية *Chlamys magnifica.* Eſt ergo tanquam *magnificum* & *ſplendidum efferre* noſtrum استسنى, quod Lexica non ſiſtunt. De حينيذ teneatur eſſe compoſitum ex حين *tempus*, & اذ אדין *Chal.* & אז *Hebr.* Eadem ratione dicitur يوميذ *die illo*, & ليلتيذ *nocte illa*, quæ *Golius* ſub اذ annotavit. Adde وقتيذ *hora illa* apud *Abulphar.* & اوانيذ *tempeſtate illa*, in *Diw. Hud.* quin & انتيذ *Tu tunc* invenio, ad quam formam etiam alia putem componi poſſe.

استغزروا ديمته *copioſam* aut *uberem dixerunt ejus pluviam.* Verbum غَزُرَ *copioſum fuit lac*, dat in 10. استغزر *Copioſum quid petiit* & *captavit*; nec non *cenſuit*, ac *prædicavit.* عزر per *Ain* eſt *juvit*, עזר. Duo hæc themata unam videntur habere Originem, ſic ut *juvare* ab *uberi* & *Copioſo* profluxerit. *Ubertatis* & *Copiæ abundantis vim* ſub עזר in Bibliis quoque reperio. Sequens ديمة in figura Orienti adamata, eſt enim *pluvia* hic, *facundia fluens* & *rigans* veluti. Radix دام *quievit* דום. Item *perennavit.* Speciatim *Tranquille pluit* Coelum. Inde ديمة *Pluvia tranquilla*, *ſilens*, *ſine fulmine aut tonitru ſæpe per aliquot dies durans ad minimum tertiam diei partem*, ut eſt apud *Golium.* Uterque *Scholiaſtes*, ait

ديمة مطر يروي يوما وليلا

وهو كناية عن كلامه

بالشعر *Dyma eſt pluvia quæ rigat diem noctemque continuata: eſtque figura Orationis verſæ qua uſus fuerat.* Confer *Deut.* 32: 2.

اجملوا عشرته وجملوا

قشرته *Pulchram ei amicitiam*

com

copioſiſſimam ejus *pluviam*, & *amiciſſime* ipſum *tractare*, quin & *pulchra* ipſum *veſte donare*. Qui narrationem hanc retulit, quum, inquit, viderem, quam *reſplenderet* ejus *pruna*, quamque *nitor* ejus *fulguraret*, *acriore obtutu notavi* ipſum, atque *ſpatiari ſivi aciem per characterem ejus*. Ecce autem erat

commonſtrarunt, *pulchrumque etiam effecerunt corticem ejus*. Ita proprietas Arabica habet. جَمُلَ *Pulcher & elegans fuit*, dat in 4. اجمل *Pulchrum quid fecit*: *Bene meritus fuit* de aliquo. 8 عَشَرٌ *amicitia*, *ſocietas*, *familiaritas*. Origo pendet a *numero denario*, qui Arabibus ſolennis in *ſocietatibus* & *conſortiis*. Figuratius eſt 8 قشر *cortex* a قشر *decorticavit*, nam monente *Schol.* قشرة الرجل 8 ثوبه ولباسه *Cortex Viri vocatur ejus veſtis*, & *indumentum*. Vides *pulchrum facere corticem alicujus*, eſſe *novam ei veſtem donare*. Notio *pulchri*, *elegantis*, *ſpecioſi*, *decori*, quæ principem locum tenet apud *Golium*, eſt ſecundaria, a جميل *liquefactum omentum*. Auctor mihi *Tebrizius* ad *Hamaſa* قال ابو العلا الجميل اخذ من الجميل اي الشحم المذاب لان الانسان اذا سمن جمل *Dicit Abulola pulchrum ſic vocari ab adipe liquefacto*, *quoniam quum pingueſcit aliquis*, *nitet & pulcher fit*. Similiter *Teblebius* ad *Conſ.* 10. الجميلة السمينة من الجميل وهو الشحم *Zjamyla eſt pinguis nitida a Zjamyl quod eſt adeps*. Ergo *adipoſum* dixere Arabes pro *nitido*, & mox pro *pulchro* ac *ſpecioſo*; ut Latini contra *Nitidum* traduxere pro *pingui*, & *pulchre nitere* dixerunt *bene ſaginata* atque *adipoſa*. Clar. *Hott.* in *Smegm. Orient.* hinc illuſtrari putat גמל *retribuit*, vel potius *bene & pulchre meruit* de aliquo. Parum memor erat Vir Doctiſſimus illud גמל etiam uſurpari pro *male meruit*. Ergo alia eſt Origo, de qua alibi commodius anquiretur.

8 تلهب جذوة *Inflammatio prunæ*, vel *titionis*, eſt, ſecundum *Teblebium* كناية عن حدة ذهن وذكاء عقل *circumlocutio ad aciem ingenii promtitudinemque ejuſdem deſignandam*. Thema لهب *arſit*, *flammam extulit*, להב. In 5. تلهب *inflammatus*

فَاِذَا هُوَ شَيْخُنَا ٱلسَّرُوجِيُّ فَقَدْ اَقْمَرَ لَيْلَتُهُ ٱلدَّجُوجِيُّ فَهَنَّأتُ نَفْسِي

matus fuit. Ad interiorem linguæ proprietatem pertinet, quod لَهَب potiſſimum ſit *flamma pura, expers fumi.* لهيب vel لهاب, vel لهبان *flagrantia & ardor ſine fumo* لهبة *Ardens & micans candor.* Conſonat uſus Biblicus, indeque להב חרב *flamma gladii*, & להב חנית *flamma haſtæ*, pro *micanti fulgore* commodiſſime potuerunt transferri. Porro جذوة per *phata, keſra*, & *damma* ad primam, eſt apud Golium *pruna ardens*, nec non *pars ligni ad extremitatem accenſi, ſive non.* Intellige ſis *Titionem*, ſive *lucentem* ſive *reſtinctum.* Audi *Jeblebium.* الجذوة في الاصل نار في طرف العود قال ابو عبيدة الجذوة قطعة غليظة من الخشب كان في طرفها نار او لم يكن *Vocabulum hoc notat in Origine ignem in extremitate ligni: Dicit tamen Abu Obeida eſſe fruſtum craſſius ligni, ſive in extremitate ejus ignis ſit, ſive non.* Innuit *torrem* hoc nomine ſignari, qua *vivum*, qua *mortuum*. Elegantior tamen uſus *titionem ardentem* ac *vivum* requirit, quem *Hariri* noſter obſervavit.

تالق جلوته *Coruſcationem ſplendoris ejus*, ſub eadem *ſplendidi ingenii* figura ſubnexuit. Ad vim linguæ perſpiciendam teneatur جلوة item cum *phata, keſra, Damma*, ad primam, eſſe *ſplendorem conſpectui patentem*, nulla nube, nullo velo obſcuratum, aut interceptum; a גלה جلا, *retexit, revelavit* ſic ut *nudum* ſimul & *nitidum* quid *apparuerit.* Alterum تالق in 5. ab الق *coruſcavit* fulmen. Exponitur etiam *Ornata & compta* fuit foemina; nempe ut alterum برق *fulguravit* etiam valet *ſplendide comta & culta fuit* mulier. Additur *ſuccinxit ſe & caput extulit ad litigandum* mulier, *vel ad aliud quid mali.* Id iterum eſt a *coruſcatione fulguris* nam رعد وبرق *tonare* ac *fulminare* dicuntur, quæ *metum incutiunt*: nec inficete *acrem* ac *Clamoſam litigatricem*, *fulminatricis* nomine adfecerunt noſtri Arabes.

امعنت في توسمه

Diligentius eum notavi. Proprie *longius provectus ſum in phyſiognomia ejus obſervanda.* Prius in 4 Conj. a معن *longius provehi* in curſu; unde امعن *in omni re longius pro-*

vehere

erat is noſter Senex Seruſjienſis, cujus *ſubluſtri* jam *luna albi-*
P

vehere ſeſe, vel *curſum admittere.* Apud *Algazalium* eſt نظرت وامعنت النظر *adſpexi longius provecto & admiſſo viſu.* Generalem uſum ſatis declarabit hoc *Avicennæ.* L. 1. p. 75. مستمر الي الامعان *Procedens ſeu continuans ad ultimam uſque diligentiam.* Poſterius eſt in 5. a وسم *ſigno, charactere, ſtigmate notavit* faciem.

وسرحت الطرف في ميسمه

& ſpatiari ſivi aciem in ejus charactere. Poſterius ميسم eſt ab eadem rad. وسم, deſignans tum *inſtrumentum quo nota inuritur*, tum *ipſam* quoque *notam*, & *characterem altius impreſſum.* Elegantiſſimam phraſin سرح الطرف *libere paſtum emiſit aciem*, ad conſ. 1. jam vidimus. Galli dicunt *promener la Vuë.*

اقمر ليله الدجوجي

Cujus nox tenebricoſa, jam ſubluſtri luna albicabat. Figura ſublimior; qua innuitur *nigros capitis capillos jam albicante canitie ſparſos fuiſſe.* Ita Teblebius اقمر اي ابيضّ وصار مثل لون القمر يريد ان شاب شعره الاسود

Akmara eſt albicavit, & lunæ colorem induit: Vult autem dicere incanuiſſe nigros ejus capillos. دجوجي eſt *valde tenebroſus*, a دجّ in 2. Conj. *obnubilatum fuit coelum.* ليل *Nox* ſupra pro *velo nigro*, nunc pro *nigro capillitio.* Arabes ليل ליל *Noctem* transferre amant ad omne *nigricans*, unde & *vinum altius rubens*, ſeu *nigricans* appellitant ام ليلي *matrem nocturnæ nigredinis.* Cum Vet. Poeta, *Noctis colore tinctum* dicas.

هنات نفسي بمورده

Gratulatus ſum mihi ipſi ſuave ejus commercium. Vox مورد *Scholiaſti* ſimpliciter hic eſt *adventus*, *reditus*, a ورد *deſcendit. advenit. rediit.* Ego figuratius autumo, quatenus a ورد *deſcendit in aquam*, مورد ſonat *aquationem*; jam vero *aquationem*, ſtilus ſublimior frequentat pro *jucundo commercio*, ut *Conſ.* 1. vidimus. هنات in 2. ab هنا *ult. Eliſ*, *Lætatus fuit* aliqua re, *juvit* res ipſa, *concoctu facilis* fuit & *ſaluber cibus:* ab *ungendo & liniendo*, ut exiſtimem: dicunt nempe هناني الطعام *Linivit, unxit me cibus*, pro *bene ſedit*, *ſaluber fuit.* Et

حتلوا

بَنَفْسِي فِي مَسُورِهِ وَٱبْتَدَرْتُ ٱسْتِلَامَ
يَدِهِ وَقُلْتُ لَهُ مَا ٱلَّذِي أَحَالَ صِفَتَكَ
حَتَّى جَهِلْتُ مَعْرِفَتَكَ وَأَيُّ شَيْءٍ شَيَّبَ لِحْيَتَكَ حَتَّى
أَنْكَرْتُ حِلْيَتَكَ فَأَنْشَأَ يَقُولُ

وقع

معناه اخذه ومسه بيده واستلم افتعل من السلمة وهي الصخرة

Iſtilâm eſt Oſculari: Ibn Anbari ait, Iſtalama in Lapide Nigro ſignificat capere & contingere ſua manu: eſtque 8. *conj. illa formata a Salama quod Lapidem deſignat.* Nempe *Himjaritarum* Idiomate سلمة eſt *lapis, petra*; Unde iſte uſus 8. *conj.* ſecundum *Anbarium* eſſet propagatus. Nimirum in domeſticis ſæpe cæcutimus, & ubi ad rem Etymologicam ventum eſt, *Varrones* etiam aliquando ferulam merentur. *Niger* ille *Lapis* Templi Meccani, حجر اسود, in *religioſis circuitibus officioſiſſime* ſemper *ſalutandus* eſt, & vel *oſculandus*, vel *oſculo jacto adorandus*, ſi *tangi manu* aut *ore* nequeat. Vide *Bobovium* de *Peregr. Mecc.* Hoc eſt استلام الحجر. Apparet præterea استلام اليد eſſe, *religio*-

كلوا هنيا مريا *Comedite quod ungat & pingueſaciat*; formula ſolenni. Illa *ungendi* proprietas apud *Golium* ergo jure principem ſedem occupat. Inde in 2. هنّا eſt, dixit ليهنيك *Ungat te hoc*, id eſt *ſalubre* tibi *reperiatur*. Sic nata *gratulatio* omnis.

استلام يده *Oſculo ſalutare manum ejus*. Eſt *Inſ.* 8. a שלם سلم *integer fuit*. Item *ſalutavit* formula שלום עליך سلام عليك *pax tibi*. In *ſalute* autem *impertienda* locum invenit *Oſculum honoris*. Hinc استلم *ſalutavit cum oſculo*; & ſpeciatim *Venerationis* ac *religionis*, in Sacris Meccanis, ubi *Cabæ Lapis Niger oſculo honorandus*. Hallucinatur *Teblebius*, vel potius *Anbarius*, quem laudat, aliunde etymo repetito استلام اي تقبيل ابن الانباري استلم الحجر

ſo

bicabat nox illa tenebricoſa. *Gratulatus* itaque ſum *mihimet ipſi dulciſſimum* ejus *commercium*, & properavi ad *manum* ejus *oſculo ſalutandam*. Dixi autem ipſi, quid eſt quod formam tuam immutavit, ita ut quis eſſes penitus ignorarem; & quid rei *barbam tuam canam reddidit*, uſque eo, ut *non agnoverim exteriorem tuam ſpeciem?* Ille vero *ſtructis* mox *verſibus* dixit.

ſo oſculo Venerari manum, ac proinde plus quam تقبيل, atque formulam captatam eſſe ab *Hariri*, honoris & reverentiæ majoris ergo.

اي شي شيب لحيتك

Quid rei canam fecit barbam tuam. Supra jam aliquid notatum de themate لحي *decorticavit*, unde deſcendit لحي *mandibula, maxilla, ejusve pars, unde barba enaſcitur*; & لحية *barba* ipſa, *genis increſcens*, vel & *mento*. شيب eſt 2. a شاب *incanuit* caput *med. je*. שׂיב. شيب *canities*. Idem thema *med. Vav*, eſt *miſcuit*. Ea prima notio, ut infra commodius oſtendetur; ubi ſpeciatim ſeſe offeret uſus in *Golio*, enotatus ſub 2. conj. *Canitie affecit* ipſum moeror.

حتي انكرت حليتك

Sic ut ſpeciem tuam ignoraverim. A verbo حاي *placuit* oculis res, proprie *polita*, & *trita fuit*, eſt حلية *externa forma*, *ſpecies trita & polita rei, perſonæ*. انكر in 4. *ut alienum abnegavit: non pro ſuo agnovit*. Superius jam illuſtratum.

فانشا يقول *Et ſtruxit dixit.*

Arabiſmus, vel ſimpliciter, pro *coepit, inſtituit dicere*; vel quod malim انشا hic eſt *compoſuit verſus*. Radix eſt نشا *extulit ſe, in altum ſurrexit*. נשא intranſitive. Inde انشا *produxit*, ſpeciatim *Orationem ornatam*.

وقسع الشوليب شيب.

Quod inciderint miſcentia, canis ſparſit. Eſt ellipſis pro شيبني *canis ſparſit me*. Pulcre alluditur ad Originem *caneſcendi*, a *mixtura* quæ ineſt in شاب, cujus derivatum شايبة *Res impura* apud *Golium*, proprie ſignat *Miſcens quid*. Ita *Schul*. شوايب ما يقع في

وَوَقْعُ ٱلشَّوَايِبِ شَيَّبَ وَٱلدَّهْرُ بِٱلنَّاسِ قُلَّبْ *
إِنْ دَانَ يَوْمًا لِشَخْصٍ فَفِي غَدٍ يَتَغَلَّبْ *
فَلَا تَثِقْ بِوَمِيضٍ مِنْ بَرْقِهِ فَهُوَ خُلَّبْ *

واصبر

في الماء الصافي من الاقذار ويكس *Zbjáwajib dicuntur quæ incidunt de ſordibus in aquam limpidam, ſic ut turbetur.* Illæ *res miſcentes* شوايب in *plur. fr.* notant figurate *adverſitates fortunæ*, quibus quod *limpidum* erat, *conturbatur* & *collutulatur*. Sic Noſter in *Conſ.* 40. شوايب ونوايب *Res miſcentes* & *calamitates* conjunxit. Concinit *Teblebius* الشوايب اي نكات الدهر ومصايبه والشوايب جمع شايبة وهي في الاصل ما يقع في الماء من الاقذار والادناس ابو البقا هي الكدر المختالط بما كان صافيا *Alſchjawajib hic ſunt duræ Fortunæ & clades ejus: in plurali a Schjajiba, quod in radice exprimit omne illud quod in aquam cadit de ſordibus & immunditiis. Abulbeka ait eſſe quicquid turbidum admiſcetur rei limpidæ.* Hinc jam liquere poteſt שיבה *Canitiem* quaſi *miſcelam* dictam fuiſſe.

ان دان يوما لشخص ففي غد يتغلب *Si ſubmiſſa fuerit hodie alicui, at cras efferet ſeſe.* Elegans imago. دان media *Vav*, *ſubmiſſus, inferior fuit*, quod hic ſpeciatim uſurpatur, pro *cervicem ſubmiſit*; ut Fortuna veluti *manſuefacta*, & *domita* dicatur *obſequi*. Contrarium eſt تغلب 5. *Conj. Victor evaſit*, & ita *ſeſe extulit ac ſuperbivit*: a غلب *Vicit*, *prævaluit*, *ſuperior fuit*. Item *Craſſo fuit collo*. Id poſtremum continet proprietatem thematis, & anſam præbuit uſui ſecundario *Virium præpollentium* & *victoriæ*. In *Nawabig* elegans eſt ſententia.

رب كانت الحيلة من القوة اغلب
والربية يصطاد بها كل ليث اغلب

Sa-

Ingruentes calamitates canis ſparſere ; Fortuna autem homines verſat.
Si hodie ſubmittit ſe alicui, at cras illa ſeſe efferet.
Ne fidas igitur nictui fulguris ejus, eſt enim fulgur male fidum.

Sæpe induſtria viribus pollentior eſt:
Nam & in fovea capitur omnis Leo Cervicoſior.

Ubi *Zamachſchjari* annotavit الاغلب الثاني غليظ الرقبة من قولهم غلب غلبا اي صار غليظ الرقبة ويقال بطريق الحجاز هضبة غلباء وعزة غلباء وحديقة غلباء وحدايق غلب اي ملتفة ومنه اغلولب العشب *Secundum Aglabo, eſt Craſſo collo præditus, a Galiba, cum inf. Galb, quod eſt, fuit craſſo collo præditus, cervicoſus; & potentia craſſo collo prædita, cervicoſa: Sed & hortus ſpiſſis arboribus, ac pomaria denſa, ramis luxuriantia, ſic vocantur. Indeque 12 conj. uſurpatur de herba denſius compacta ac convoluta.* Elucet hinc, a formula عزة غلباء *potentia Cervicoſa*, id eſt *invicta, inſuperabilis, ſuperba*, ſubnatum eſſe uſum thematis totius in *præpollentia*. In 5. ſæpiuſcule valet *tyrannidem exercere*, ut *Abulphar*. p. 37, 38, 193. *Hiſt Sar.* p. 226. 228.

ولا تثق بوميض من برقه فهو خلب *Et ne confidas nictui e fulgure ejus, eſt enim mendaciſſimum.* A themate وثق *firmus, ſtabilis fuit*, itemque *Confiſus, Fretus fuit* in aliqua re, eſt *futurum* 1. يثق. Sequens وميض eſt *actio τῦ* ومض *Leviter ſplenduit & micuit* fulgor, *non late ſe diffundens per nubes.* Eſt autem ex proverbiis elegantioribus Arabum برق الخلب *Fulmen nubis ſterilis*, in *Vanam pollicitationem.* A خلب *decepit*, خلب *Chullab* proprie eſt *deceptor. Deceptorem* autem ſpeciatim appellitant *Nubem quæ pluviam oſtentat quidem ſed non fundit.* Talem *nubem* traducunt ad eos, qui *ſpeciem* præferunt *Liberalitatis, Virtutis, aliarum dotium artiumque*, quum intus omnium *bonarum rerum* ſit *ſterilitas.* Νεφέλαι ἄνυδροι in *Epiſt. Jude.* Dicunt præterea برق ورعد

وَٱصْبِرْ اِذَا هُوَ أَضْرَي بِكَ ٱلخُطُوبُ وَأَلَّبَ *
فَمَا عَلَي ٱلتِّبْرِ عَارٌ فِي ٱلنَّارِ حِينَ يُقَلَّبُ *

ثم

رعد و fulguravit & tonuit, in magno magnorum pollicitatore. Hinc jam inter Adagia Golii num. 4. habes رب صلف تحت راعدة Sæpe parum aquæ eſt ſub tonatrice, Nube ſcil. Ubi etiam noſtrum Barkolchollabi allegatur. In Nawabig ſententioſe.

حبذا السوادق اذا رعد
والصادق اذا وعد.

Euge nubem ſtillantem, quum tonuit!
Et vera dicentem, quum promiſit!

Cum *fulgurandi* verbo in *Hiſt.* | *Tamerl.* p. 195.

كما ابرقت قوما عطاشا غمامة
فلما راوها اقشعت وتجلت *

Ut ſi fulguret populo ſitienti Nubes,
At ubi viderunt eam, vento pulſa diſcutitur.

Loquitur de *Sultano Ægypti* qui in *Syriam* adverſus *Tamerlanem*, eductis Copiis, mox domum dilapſus fuerat, *Damaſcenis* miſere deſtitutis. Habes & inter *Salomonis* dicta *Prov.* 25: 14. *Nubes, & ventus, abſque imbre: Vir jactans ſeſe de dono fruſtraturo.* Vides jam quid ſit *Nictus fulguris Fortunæ*, & quo ſenſu dicatur *Mendax* illud *fulgur*, ſic enim jam ſtructura ſu-menda, ut خلب *decipiens* cohæreat in caſu recto cum برق, quia non tantum ſtruunt *fulgur decipientis*, verum etiam *fulgur decipiens* البرق الخلب, quemadmodum a *Golio* etiam eſt annotatum.

فاصبر اذا هو اضري بك

الخ

Et tolera, ſi in te inſtigarit moleſtias inſtimularitque.
Neque enim auro dedecus eſt, quod in igne circumverſetur.

Dein-

والب الخطوب *Tolera ergo, quum irritat in te negotia, & impellit.* خطوب *plur. fr.* a خطب *Negotium*, ſæpe *gravius* ac *durius*, ut πράγμα; & in phraſi *Negotium faceſſere*. In *Hiſt. Sarac.* 187.

امامكم المصايب والخطوب

Ante vos ſunt Calamitates & Negotia. In *Nawabig* extat.

المرض والحاجة خطبان
امر من نقيع الخطبان .

Morbus & Egeſtas duo Negotia
Amariora quam ſuccus Colocynthidis.

Ubi *Zamachſchjari* الخطب الامر العظيم الشاق *Alchatb eſt Res magna, Moleſtiſſima.* Sequens ضري eſt *præt.* 4. a ضري *Sanguine manavit* vulnus. Item *invaſit prædam ſanguinolentam.* Ejus part. ضاري *Pronus in prædam* canis, apud *Golium*. Sed latius patet, pro epitheto *acris in ſanguinem feræ.* Ita *Eutych. Ann. Alex.* t. 1. p. 257. *Et conjecit Danielem* في جب مملو سباع ضارية *in lacum leonibus ſanguinolentis plenum.* In *plur. fr.* ضواري *Hiſt. Tamerl.* 213. وصالوا علي المسلمين صولة الذياب الضواري علي ضواني الغنم *Et ſævierunt ſuper Muſulmannos prout ſæviunt lupi ſanguinolenti in greges proliferos ovium.* Hinc jam اضري eſt *incitavit* ad prædam; *irritavit ad ſanguinarium impetum.* Idem fere valet البّ *conj.* 2. ab الب in quo themate ineſt vis *coetus coeuntis ad venationem* aut *bellum.*

مستصحبا القلوب معه

Socia abducens ſecum corda. Eſt *part.* in 10. a صحب *Socius, comes fuit.* Speciatim attenditur notio in 4. *conj.* regnans اصحب

Socia-

ثُمَّ نَهَضَ مُفَارِقًا مَوْضِعَهُ وَمُسْتَصْحِبًا القُلُوبَ مَعَهُ

Sociabile, *ductile*, *manſuetum ſe præbuit jumentum*, *poſtquam refractarium fuiſſet.* Ex ſuperiori contextu id manifeſtum. Derivatum صاحب *Socius*, ampliſſimum obtinet uſum, eſt enim pro diverſa conſtructione, *Dominus*, *Rex*, *maritus*, *herus*, *poſſeſſor*, *præditus*, *obnoxius* & ſimilia, quæ melius exemplis ſeſe inſinuabunt. صاحب البلد *Socius regionis*, eſt *Dominus* quo ſæpiſſime *Abulphar.* utitur; & paſſim Hiſtorici. صاحب الدعوة *Socius Vocationis*, titulus *Muhammedis* in *Hiſt. Sarac.* 197. & صاحب الرسالة *Socius Legationes* in *Hiſt. Tamerl.* p. 203. Confer *Alcor.* 31:45. صاحب المال *Socius opum* apud *Algazalium* pro *Divite.* صاحب الدعة *Socius lenitatis*, pro *leni* & *manſueto.* صاحب البناء *Socius ædificationis* pro *Architecto.* صاحب الحوت *Socius piſcis*, alias ذو النون quod idem, titulus *Jonæ.* In *Alcorano* habemus etiam صاحبي السجن *Socium carceris*, *ſur.* 12: 39, 41. pro *conjectis in*

Deinde* ſurrexit relicturus locum ſuum, & *corda ſibi ſocia abducturus.*

in carcerem, ut صاحب النار *Socius ignis*, eſt *Damnatus*, *ſur:* 2:75,76. Et اصحاب الجحيم *Socii Gehennæ* Ibid. vſ. 113: 259. Contra اصحاب الجنة *Socii Horti* ſunt coelites. Illa tamen formula ſimpliciter ſumitur ſur. 68:17. & *cultores* ac *poſſeſſores palmeti* ſignat. Hæc pro ſpecimine, unde liquet, omnia quæ Hebræi per בעל formare potuerunt, ab Arabibus cum صاحب efferri poſſe.

F I N I S.

المقامة الثالثة

القيلية

روي الحرث بن همام قال نظمني واخدانا لي ناد لم يخب فيه مناد ولا كبا قدح زناد ولا خبت نار

نظمني واخدانا لي ناد

Conjunxit me, & amicos quoſdam meos conciliabulum. Elegantia Arabica dat *inſeruit*, *conſeruit* tanquam *in lineam*, margaritas; eſt enim نظم *conſeruit margaritas* in نظام *funiculum* & *ſeriem*. Belgice *inrygen*, ut ſupra annotatum. Floſculos aliquos eloquentiæ Arabicæ ſubnectam, unde gratia & late fuſa vis figuræ plenius perſpicietur. *Hariri* Conſ. 20. انتظمنا في سلك الالتيام *Conſerti eramus in Filum conjunctiſſimæ voluntatis.* In *Hiſt. Tam.* p. 20. *Et venit Samercandam, eamque cepit Sedem Regni, jactiſque imperii fundamentis* نظمها في نظام سياسته وسلكه *inſeruit eam in Funiculum Regiminis ſui, nexumque ejus.* Iterum *pag.* 103. نقلد طوق عبوديته وانتظم في سلك عبده *Collo indidit torquem ſervitutis ejus, & inſertus eſt in ſeriem ſamulorum ejus.* Et p. 196. وقع منهم المشاورة والاتفاق ونظمت كلمتهم في سلك الوفاق *Accidit ut inter ſe conſultarent & congruerent, atque inſerta fuit oratio eorum in ſeriem mutuæ conſenſionis.* Et p. 138. ومع اتساق نظامهم وتسدين سهامهم — اني لهم نظام عساكرنا وقوة القيام بتظافرنا *Quantumvis autem connexus ſit eorum Funiculus, feriantque eorum ſagittæ: Undenam ipſis ſeries connexa noſtrorum exercituum, atque robur ſtandi depugnandique nobiſcum?* Et p. 366. انفرط نظامهم لعدم اتفاقهم فتقطعوا في البلاد *Diſturbatus eſt Funiculus eorum defectu conſenſionis mutuæ, atque disjecti ſunt per regiones.* Auctiore figura p. 312. وانحل عقد نظامهم وانفرط *Et ſolutus eſt nodus*

DISSERTATIO TERTIA

KAILANA.

NArravit Harith Ibn Hemmam; Me & quoſdam meos amicos *Conjunxit* aliquando *conciliabulum*, in quo nullus *Confabulantium* fruſtra erat, *ſcintilla ignitabulo excuſſa nunquam fallente*, neque

nodus Funiculi eorum, *atque diſturbatus*. Loquitur de exercitu *Tamerlanis hyeme* & *frigore* diſperditi. Porro اخدان eſt *pl. fr.* a خدن *Chidn*, & خدين *Chadyn Amicus*, itemque *amica* جارية *puella* apud *Golium* ſub خدن, in 3. conj. *amicum ſe præbuit*. Sed خدن *Chidn* per جارية expoſitum a *Zjauhari* potius *amicam* ſonare, patet ex *Alcor. Sur.* 4: 29. ubi *concubinam* notat. Ultimum ناد pro نادي, eſt proprie *part. præſ.* a ندي *convocavit* in conciliabulum *Convocantis* autem nomine ipſum quoque *conciliabulum* adfecere.

لم يخب فيه منان

Non fruſtra in eo erat confabulator ullus. Verbum illud ندي, quod modo habebamus, dat in 3. *Conj. in conciliabulo conſedit* cum aliis: *confabulatus eſt*. In *part.* مناد pro منادي. Præcedens يخب per *Apocopen* pro يخيب propter particulam negandi, eſt *fut.* in 1. a خاب med. *je*, *ſpe*, *voto*, *ſucceſſu excidit*. Hinc formula imprecantis خيبة له *careat ſucceſſibus opto*. Anſam iſtius uſus exhibet derivatum خيّاب *Ignitabulum fallens*, *quod non excudit ſemina ignis*. Ergo خاب in *materia infelice nulla ſemina ac ſcintillas fovente* alicujus utilitatis ac opportunitatis. Ita hic uſurpat *Hariri*, figura ſtatim copioſius enucleanda.

ولا كبا قدح زناد

Nec fallebat terebratio fomitum ignis. Offert ſeſe hic pervenuſta Orientis figura, qua زند *Zend*, *Igniarius fomes* traducitur ad *indolem* & *ingenium*. In *Golio* exponitur *Lignum quod motu ſuo & attritu in alterum inferius & excavatum immittit ſcintillas*. In *Duali* زندان, *duo illa ligna*, ſuperius maſculine زند, inferius fœminine زندة. In *plurali* زنود, ازناد, زناد.

نار عنان فبينا نحن نتجاذب اطراف الاناشيد ونتوارد طرف الاسانيد وقف بنا شخص عليه

ولا ذكت نار عنان

Neque arſit ignis contentionis. Perſtat in figura *Fomitis*, negatque ullas *iræ*, *rixæ*, *pugnæ ſcintillas* in hoc amicorum coetu *emicuiſſe*. Illum malum uſum τῷ قدح קדח *exterebrandi igniarium fomitem* vide in *Originibus*. Verbum ذكت eſt 3. *fæm. præt.* a ذكي *Acris & ardens fuit.* نار *Ignis* eſt a rad. med. *vav.* נור. Denique عنان eſt infin. 3. a عنى *contumaciter adverſatus fuit.*

نتجاذب اطراف الاناشيد ..

Ultro citroque trahimus extremitates carminum recitatorum. A them. نشد *memoravit*, in 4. *recitavit carmen*, eſt انشودة, cujus *plur. fr.* اناشيد, *carmen quod inter ſe recitant homines.* Ei figurate tribuuntur اطراف *oræ*, *extremitates*, a *ſing.* طرف *Teref*, *latus*, *extremitas*, *ora* rei. In *Alcor. Sur.* 11: 116. طرفي النهار *Duæ oræ diei*, ſunt *matutinum* & *veſpertinum tempus.* Non invenuſta eſt phraſis كريم الطرفين *Nobilis duas extremitates*, id eſt *Patre & matre.* Alio uſu اطراف الناس

زناد. Rem & ritum illuſtravi in *Origin.* ubi etiam vim nativam thematis קדח قدح revocavi ab oblivione, ſitam in *terebrando.* Hinc قدح الزند, *Terebravit fomitem igniarium*, vel potius قدح النار بالزند *exterebravit ignem Igniario.* Item ورى الزند *ignem ſcintillaſve emiſit ignitabulum.* Contra صلد الزند *ſonuit percuſſum ignitabulum nec emiſit ignem.* Ut &, كبا الزند *Fefellit igniarium non excutiens ignem.* Hæc omnia varie transferri poſſunt, pro vario adſpectu effectuque *ignis* ac *ſcintillarum terebrando emicantium.* Ad uſum noſtrum facit hoc in *Hiſt. Tamerl.* p. 88. اورى براية الزند *Deliberationis fomitem Igniarium verſavit.* Et *Hiſt. Dyn.* p. 555. المجمع الذي ينقدح فيه الاراء *Concilium in quo exterebrantur conſilia.* Plenius *pag.* 561. *Concilium* الذي ينقدح فيه زند الاراء *In quo exterebrantur igniarii fomites conſiliorum.*

ullo *contumaciæ igne exardeſcente*. Hic dum *carmina reciprocato* velut *fune recitamus*, & *mutuo* nos *recreamus elegantiſſimis* Poetarum *floſculis allegatis*, ſuper adſtitit nobis nonnemo

الناس *extremitates hominum*, ſunt *vilioris & ultimæ ſortis homines*; in *Hiſt. Tam.* 383. קְצוֹת הָעָם. Eſt etiam formula, ضم اطرافه *contraxit extremitates ſuas*, pro *collegit ſarcinas*, & *convaſavit*. Itemque جمع اطرافه & , لم اطرافه Vide *Hiſt. Sar.* p. 204. *Abulph.* 522. *Hiſt. Tam.* 29. A جذب porro, *traxit, attraxit*, 3 *conj.* valet *traxit contra alium*; & 6. *Inter ſeſe traxerunt, contenderunt.* Non abſimiliter *funem*, & *ſerram reciprocare* tranſtulerunt Latini.

وتنوارد طرف الاسانيد

Et aquatum deſcendimus inter nos in elegantias allegationum. ورد ירד *deſcendit in aquam*, habet in 6. omiſſa a Lexicographis, vim

مزاحمة الأبل علي شرب الماء

ودخول بعضهم فيه علي بعض

mutuæ preſſionis camelorum ad aquam bibendam, quum alii ſuper alios in eam intrant, ut *Schol.* ait. Addit *Teblebi* ad explicationem figuræ جعل مشاركتهم في

ضبط غرايب الاخبار كتوارد

الابل علي الما بازدحام

Facit commune ſtudium eorum ad colligenda admiranda Hiſtoriarum tanquam deſcenſum camelorum in aquam cum mutua compreſſione. مورد מורד *Aquarium jucundi commercii*, & *colloquii*, ſupra jam ſemel iterumque indicatum. In *Hiſt. Tam.* 128. بباب تتوارد الخاطر ponitur pro *Modo ſeſe inſinuandi in cor.* Deinde طُرَف *plur. fr.* a طرفة *Novitas, Res nova, primum nata ac viſa*, ut *primi* in ſuo genere *flores, fructus*&c. &c. Idem اطروفة appellatur in *Hiſt. Tamerl.* p. 155.

وكان اعجوبة الزمان وفي

لطايف النثر والنظم فارسيا

وعربيا اطروفة الدوران

Eratque Miraculum ævi, atque in ſubtilitatibus proſæ ſimul & verſa orationis, tam Perſice quam Arabice, Flos delibatus ſeculi. Augeatur hac voce *Golius*; apud quem etiam fruſtra quæras formam اسانيد pluralem fractam, a *ſing.* اسناد *Iſnâd*, & اسنادة *Iſnada*, *allegatio alienæ auctoritatis.* Radix eſt سند

عـــلـيـه ســـمـــل فـــغـــي مـــشـــيـــه قـــزل
فـــقـــال يـــا اخـــايـــر الـــدخـــايـــر
وبشـ

سنن *Innixus fuit.* In 4. اسـنـد *Retulit aliquid ad aliquem*, tanquam teſtem & auctorem, *Allegavit auctoritatem fide dignam.* Deſcendit hinc *infin.* اسـنـاد, eſtque probe obſervandum, utrumque *pluralem*, ſanum, & fractum, adhiberi in formis *infinitivis.* Poſſet etiam *ſing.* ſtatui اسنودة.

يـــا اخـايـر الدخـايـر

O optimi thesaurorum. Primum اخـايـر *optimi*, eſt *plur. fr.* ab اخير *form. comp.* & *ſuperl. Melior, Optimus*, a خـيـر *Bonus*, cujus them. خـار *præſtitit*, & *tranſ. præhabuit, præoptavit.* Sic ab اكـبـر in *plur.* eſt اكـابـر *Magnates*: ab ارذل item اراذل *deteriores.* Alterum دخـايـر eſt *pl. fr.* a دخـيـرة *theſaurus*, quod eſt pro ذخـيـرة cum *Dſal*, nam radix eſt ذخـر *repoſuit* in futuri temporis uſum, *recondidit in theſaurum.* Reperio utrumque vocabulum noſtrum in *Hiſt. Tamerl.* 260. ثـم ان تيمور اخـرج مـا لابـــن عثمان وغيره مـــن

الدخـاير واستصفي بخزينته مـــا كـــان ارثـا وكسبـا لمـلـــوك الاروام. مـــن النـــفـــايـــس والاخـايـر

Tunc Timur egeſſit quicquid Othmanidæ, aliiſque, erat theſaurorum; atque corraſit in ſuum fiſcum quæcunque Regibus Rumæorum eſſent vel hereditate, vel acquiſitione, rerum pretioſarum optimarumque. Inde liquet اخـايـر ſignare etiam abſolute *Cimelia*, ac proinde اخـايـر الدخـايـر preſſius adhuc convertere poſſemus, *Cimelia theſaurorum.*

وبـــشـــايـــر العشاير

Et læti nuncii conſortiorum. A بشر *læto nuncio exhilaravit*, בשר, eſt بشارة *lætus nuncius*, *Euangelium*, בשורה, in *plurali* بشاير. Inde *Arabsjades* in Opere MS. دقـــت الـبـشـــايـــر لمقدمه *pulſata ſunt inſtrumenta læta in occurſum ejus.* Eadem phraſi utitur in *Hiſt. Tam.* p. 91. ووصـــل خبره الـــي قبایاه والعشاير فـا

nemo *trita indutus veſte*, in cujus inceſſu deformis inerat claudicatio, ſic nos compellans, O optimi *theſaurorum*, &

فابتهج الناس و دقت البشاير

Et rumor liberati Sultani *pervenit ad tribus ejus atque familias: exultaruntque propterea homines, & pulſata ſunt inſtrumenta lætitiæ.* Sequens عشاير etiam eſt *plur.* a *ſing.* عشيرة *Caterva hominum* pecul· *familiarium* aut *cognatorum.* Radix eſt عشر *Decimus fuit*, עשר. Natales illius notionis indicabit *Teblebius* اشتق من العشرة وهي المخالطة وذلك انهم كانوا يقتسمون الجزور في الميسر عشرة اقسام ويجتمعون عليه وصيرت كل مخالطة عشيرة وكذلك قالوا اجفنة

اعشار اي ياكل عليها العشرة

Vox derivata eſt a עשירה *conſortium ſonante: nam ſolebant partiri camelum mactatum, ad ſortitionem faciundam, in decem portiones, atque id conſortii formare; unde omne conſortium dictum fuit* עשירה*; pariterque dicunt ſcutellæ denariæ; de quibus edunt decem conſortes.* Huc facit quoque أعشار *portiones* ſeu *ſegmenta* mactati cameli. *Decimæ partes*; unde dicunt جرمة اعشار *olla in partes decem diviſa; capacior.* Sic *Hariri* Conſ. 44. اقتادني الي اعشارة تفور *Deduxit me ad ollam ſuam, quæ bulliebat.* Perquam ſigurate *Amrulkis* in *Moallekât*

وما ذرفت عيناك الا لتضربي
بسهميك في اعشار قلب مقتل *

Neque lacrymant oculi tui, niſi ut lædas me
Duabus ſagittis, in abeno cordis trucidati.

* Ludit in ambiguo τῷ سهم quod & *ſagittam* notat, & *ſortem* ſive *portionem* ex decem illis portionibus, in quas camelus mactatus dividebatur; intelligitque per *duas ſagittas*, *duas lectiſſimas ſortes*, quæ totam ferme *prædam* uni ſoli aſſignabant; ut proinde ſenſus ſit,

Eam

وبشاير العشاير عموا صباحا وانعموا

Eam duabus victricibus ſagittis oculorum totum ſibi cor amatoris vindicare, quod ſaucium amore & veluti trucidatum jacebat. Vides hinc Gloſſam illam *Golianam*, qua اعشار exponitur *fractum cor* eſſe emendandam, quum *Amrolkis* per قلب اعشار intenderit *prædam ſectam*, & quaſi *in ollam* conjectam, *cordis amore ſaucii*. De univerſo hocce ritu operæ pretium fuerit adiviſſe *Pocok. Spec.* p. 324. & ſeq.

عموا صباحا وانعموا اصطباحا *Felici utamini matutino matutinumque potum læti bauriatis* Prior formula ſic declaratur a *Scholiaſte* جعل الله صباحكم ناعما *Faciat Deus Mane veſtrum fauſtum.* Radix نعم *Commodus*, *Lætus*, *ſuavis fuit.* נעם. Proprietas ſita fuiſſe videtur in *molli*, *tenero*, *delicato*, unde حرير ناعم *Sericum molle* in *Hiſt. Tam.* 190. Ad genuinam vim perſpiciendam egregie facit, quod *pag.* 434. ibid. poſitum. اخذ كفا من تراب انعم من عيش الشباب *Accepit volam pulveris, mollioris quam vita eſt juventutis.* Duplex poteſtas; altera propria, in *molli* & *tenera arena*; altera impropria, in *tenera* & *delicata vita juventutis.* Imitatur hic *imperativus*, per *aphæreſin* primæ, formam Hebræam; niſi potius eundum ad وعم in *fut.* يوعم & يعم, unde regulariter imper. عم, *dixit* انعموا *læti agatis*; quando vertendum foret *Lætum mane impertiatis.* Alteram formulam ita exponit *Schol.* طاب شربكم بالصباح *Bonus ſit potus veſter tempore matutino.* Thema صبح *fuit colore nigro ad rubrum vergente*, facit صَبَاح & صَبْح pro *aurora; tempore matutino.* nec non صَبُوح pro *potu matutino*, unde اصطبح in 8. conj. *hauſit* صبوح *potum matutinum.*

ذَا نَدِيٍّ وَنَدِي *præditus conſeſſu, & generoſa liberalitate.* Utriuſque vocis radix eſt ندي ult. *je*, vel *Vav*, *Convocavit ad conſeſſum liberalem.* Item *Liberalis fuit.* . Inde نَدِيٌّ *conſeſſus confabulantium*, مجلس, انجبة

& *læti nuncii ſocietatum*, *jucundum* agatis *mane*, itemque *alternis hauſtibus impertite*, ac reſpicite ad hominem qui floruit *Celebritate*

R *do-*

ait *Schol.* addens يريد اجتماع انه شريف يقصد و يجتمع عنده *dicere vult fuiſſe virum nobilem, qui frequentabatur, & ad quem conveniebatur.* Idem نَدِي explicat per كرم *Liberalitatem munificentiam.* Ea notio apud *Golium* non comparet, ubi *humor, mador, ros diurnus* exponitur; & recte quidem, nam *humorem*, ſive *madorem* uſurpant pro *munificentia*; quin imo princeps poteſtas thematis eſt in *uvido, madido, fluente.* Hinc quomodo *liberalitas* nata, doceat *Hariri Conſ.* 20.

اف لمن لا تندي صفاته ولا ترشح حصاته *Phy illi, cujus nunquam madeſcit petra, & cujus nunquam ſudat lapillus.* Id eſt *illiberali, & triparco.* Eadem loquendi forma ſub بض *tenui rore fluxit*, unde in *avorum* ما يبض حجره *haud roreſcit unquam lapis ejus.* Contra نَدِي الكف *uvidus, madidus manu,* eſt *Liberalis, munificus.* In *Comp.* اندى *Liberalior* apud *Golium*, proprie *uvidior.* Integra locutio in *Diw. Hud.*

فمن قال عند العسر و اليسر غيره
من الناس اندى راحة فهو كاذب

Quique eo ſive egeat, ſive abundet, alium
Dicit uvidiorem vola; at ille mendax eſt.

Reddenda hæc figura *Eſechieli Cap.* 16: 33. לכל זונות יתנו נדה *Omnibus meretricibus dant larga munera; at tu dediſti* את נדניך *Largitiones tuas uvidas omnibus amaſiis.* Alio uſu נִדָּה *fluxum menſtruum* ſignat, ab *uvido*, ut videtur: quamvis vulgaris derivatio a *ſeparando* auctoritate Arabica etiam poſſet defendi, nam & per تفرق *ſeparari* noſtrum ندا exponitur in *Camus.*

وَجدُهُ وَجدَي *Et opulentia ac commodorum ubertate.* A وجد *Invenit, repperit*: item, *acquiſivit opes,*

وانعموا اصطباحا وانظروا الي من كان ذا ندي
وندي وجدة وجدي وعقار وقري ومقار
وقري وما زال به قطوب الخطوب
وحر

opes, eſt جدة *opulentia*. A جدي *commodo fuit & utilitati*, eſt جَدِيّ *communis, quaqua verſus pertingens, & late diffuſa pluvia.* Figurate *Bonum, commodumque late fuſum.*

وَعَقَارٍ وَقُرًى . *Et fundis villisque*. Verbum عقر *nervos incidit*, עקר, habet ſub ſe عَقَار مال الذي لا ينتقل كالنخل والدور والارضين *Opes quæ non transferuntur, ut palmas, domos, & terras*, monente *Schol.* Negotium faceſſit interpretibus *Lev.* 25: 47. עקר משפחת גר, quod interpretor *immobilem fundum familiæ alienæ.* Eſt etiam عقر *ſterilis* fuit mulier, *Liberos non ſuſcepit* vir. Ita *Deut.* 7: 14. עקר ועקרה. Significatio nata ex *palma* cui *cerebellum exemtum*, & *nervus* veluti *inciſus*. Talis *palma, ſterilis* tunc & *exareſcens* ſenſim, appellatur عقيرة; eodem nomine adficitur *Crus inciſum*, unde proverbialis dictio, رفع عقيرته *ſuſtulit crus inciſum*, pro *vehementem ejulatum reddidit*. Inde & عقيرة tranſit in ſignificationem *alte ſublati ejulatus*. *Schol. Hariri* ad Conſ. 13. عقيرة صوت واصله ان رجلا قطعت احدي رجليه ورفعها ووضعها علي الاخري ورفع صوته بالصباح يندبها فقيل لكل من رفع صوته قد رفع عقيرته *Crus inciſum uſurpatur pro clamore; origo locutionis eſt, aliquem amputato ſuo pede, eum ſuſtuliſſe & alteri pedi impoſuiſſe; vocemque magnam cum clamore extuliſſe complorans eum; unde quiſquis vocem attollit dicitur crus præciſum attollere.* قُرًى Porro eſt *plur. fr.* a قرية *karja, kiria,* addo *kurja*, quamvis obſoleverit fere; *urbs. pagus. villa.* Radix قري *Congregavit & collegit in unum.* Hebraice קריה *kirja*, & irregulari formatione קרת *kereth* קרתא חדא, *karta chada, civitas nova.*

domus & *munificentia*, *opulentiaque:* & commodorum *ubertate*, *fundis* item & *villis*, omni denique *inſtrumento* & *copia hoſpitibus excipiendis.* Sed non ceſſavit Fortunæ *caperata torvitas*,

nova. Καρχηδὼν. *Carthago.*

وَمُقَامٍ وَقِرًى *Et inſtrumenta hoſpitali, hoſpitioque.* Idem hoc thema قرى *Collegit, Congregavit*, ſpeciatim eſt *hoſpitio excepit.* Derivatum مِقْرًى *Vas hoſpitale, paropſis:* in *plur. fr.* مَقَارِي, quæ forma extat in *Hamaſa.* Contractius مُقَامٍ dicitur. Adjectum قِرًى deſignat *omne illud quo hoſpes laute excipitur. Loca, Lautia.*

قطوب الخطوب *Caperatio negotiorum.* Supra jam vidimus خطب, cujus *plur.* خطوب, pro *Negotio gravi*, unde Schol. per شدايد *dura* & *adverſa* declaravit.

iis tribuitur قطوب *Caperatio frontis*, a قطب *ſecuit*, קטב, & dein, *aſperiore vultu fuit*, *Caperavit frontem*, quaſi *rugis ſecuit & aravit* dicas. *Teblebius* قطوب noſtrum explicat عبوس وتكالح *Auſterum eſſe, & dentes ſtringere.* Dicunt Arabes يوم عابس *Dies auſterus* pro *adverſo & infauſto.* Dicunt item دهر كالح *fortuna dentes ſtringens, ringens,* pro *triſti.*

وحروب الكروب *Et bella moerorum.* حرب *bellum* habet in *plur.* حروب. Figuram illuſtrabit verſus *Obeirid* in *Hamaſa*

عساكر تغشى النفس حتى كأنني
اخو سكرة دارت بهامته الخمر *

Exercitus irruunt in animam; haud ſecus ac ſi
Frater ego temulentiæ; cujus caput rotat vinum.

عسكرو

وحروب الكروب وشرر شر الحسود
وانتياب النوب السود حتى صفرت الراحة
وقرعت الساحة وغار المنبع ونبا
المربع

كروب etiam eſt *plur.* a كرب *Cherb*, *moeror*, *angor*, cujus thema كرب eſt *anxit animum*, *preſſitve dolor*. Cave credas primarium, quamvis principem locum occupet in Lexico. Poſſet derivari ab *arando*, *terram aratro invertendo ac ſollicitando*, quod etiam كرب, prout *ſollicitare humum* Latini, & *ſollicitare animum* dixerunt. Sed & ipſum illud *arare* manavit ab antiquiore adhuc notione, quam ſuſpicor ſitam fuiſſe in *ſecando*, *ſculpendove*, quum quid *inciditur*, abſque ut *perſecetur*, ac *diſtrumpatur*. Belgice *Kerven*. Χαράσσειν. Jam directe *moerores* dici poſſunt Χαράσσειν; nam & nos *kervende ſorgen* figuramus. Sic naſcitur etymon commodum τοῦ כרוב *Cherub*, non *aratoris vituli*, ſed potius *arati*, *exarati*, *exſculpti*, *Hieroglyphi*: de quo tamen ampliare malo, quam quicquam definire.

وشرر شر الحسود *Et ſcintillæ improbitatis invidorum* شرر forma collectiva *ſcintillæ*, *favilla ardens*. Unitatis vis reſidet in forma fæm. شررة. Dicitur pro utroque شرار & شرارة. In *Hiſt. Tam.* 127.

الشر كالنار تبدو حين تقدحه شرارة .

Malum ut ignis eſt, prodit, eum terebraveris, ſcintilla.

Et p. 357. واطفاء عنهم ما التهب من شرار شره *ut reſtingueret ab ipſis, quod accenſum erat de ſcintillis malitiæ ejus* Iterum p. 366. تطاير شراره وشروره *volarunt ejus ſcintillæ & maleficia*. Apparet perpetua fere conjunctio utriuſque vocis شر & شرر, ab eadem radice شرّ *malus fuit*. حسود *invidus*, collective poſitum pro *invidis*. Regnat tropus in ſtilo Arabum, qui & in libro *Jobi* frequenter occurrit.

vitas, & *moerorum impugnationes*, & *ſcintillæ* peſſimæ invidiæ, & *calamitatum nigrarum* repetitæ identidem *incurſationes*, donec *Vola* manus manſit *vacua*, & *manſio* gregibus fuit

R 3

وانتياب النوب السود

& repetita incurſatio calamitatum nigrarum. Verbum ناب med. *Vav*, *per vices ſubiit*, *recitave. Supervenit ei aliquid* mali, ut *Vices* Latinis *aliquid infeſti* adferri ſolent. Sic ergo نَوبَة notat *Caſum fortunæ*, & quidem *adverſum*. Ejus *plur.* نُوَب. In 8. *conj.* etiam انتاب *iteratis vicibus acceſſit* morbus, calamitas; cujus *infinit.* eſt انتياب. Ultimum سود eſt *plur.* τῶ أسوَد *Niger*, *nigrior*, *nigerrimus*, ejuſque *fæminini* سَوْدَاء. Ab hoc themate deſcendit סור *ſecretum intimum.* Nempe سود القلب *Nigrum cordis* uſurpatur pro *intimo arcano*; pro quo & سوان القلب *Nigredo cordis* effertur. Res alibi fuſius declarabitur.

حتى صفرت الراحة

Donec inanis fuit vola. Id eſt خلت من دراهم *Vacua fuit nummorum*, ut *Schol.* ait. Proprie صفر eſt *ſibilavit* צפר, unde צפור *avicula. Sibilare* videntur *loca inania*, *domus* ſupellectile, incolis, *vacua.* راحة *vola manus*, راح רוח *flavit. perflavit.* Item *levis & expedita* fuit manus in opere efficiundo.

وقرعت الساحة *Et calva evaſit area.* Sic proprie. Quod enim قرع ſignif. 7. apud *Golium* eſt *Vacuum pecoribus fuit* atrium; id originem traxit a 9. ſign. *Calvus fuit.* Ita *Schol.* قرعت خلت من المال وصارت قرعا *Verbum hoc dicit vacuefactam eſſe aream pecoribus; & evaſiſſe calvam.* ساحة *Area ſubdialis inter ædes aut tentoria.* Radicem ſtatuo ساح, cujus 7 conj. انساح. eſt اتسع *amplius & ſpatioſus fuit.*

وغار المنبع *Et ſcaturigo ſubſedit in terram.* Verbum غار med. *Vav* eſt *venit in depreſſam, cavamque terram. deſedit & deſcendit in terram* aqua. *Incavitatem altius depreſſus fuit & ſubſedit* oculus. Derivatum غور *fundus & imum* rei, eleganterque dictum inde بعيد الغور *procul diſſito fundo præditus*, in *homine alti pectoris*, *profundæque mentis.* *Hiſt. Tom.* 404. كان

المربع واقوي المجمع واقض المصر

كان فريد الطور بعين الغور لا يدرك لبحر تفكيره قعر ولا يسلك في طور تدبيره سهل ولا وعر *Erat ſingularis plane indolis, profundi perquam fundi, ſic ut attingi nequiret in mari conſiliorum ejus imum; neque penetrari in celſo monte regiminis ejus nec plana, nec aſpera via.* Hinc مغارة *ſpelunca*, מערה, cujus them. עור, non ערה. עִוֵּר *cæcus* etiam hinc poſſet deduci, cui *viſus* veluti *merſus ſubſedit.* A עור *membrana* mallet *Cocc.* Habent etiam *Arabes* عار *occæcavit.* In *part.* عاير *Res occæcans oculum. Feſtuca. palea.*

عُوّار idem. Unde עור *Chaldaicum. Dan.* 2: 35. aliquid lucis capit. Eſt etiam phraſis Arabica عايرة عين *Copia, quanta implere, ac velut occæcare poſſit oculos.* Nempe השחד יעור פקחים *munus excæcat patula & acuta acie præditos*, Exod. 23: 8. Sequens منبع eſt الماء النابع *aqua ſcaturiens* ſecundum *Scholiaſten;* quamvis ipſa etiam *ſcaturigo* poſſet intelligi. Radix eſt نبع, נבע, *ſcaturivit copioſe ebullit. exſudavit. eructavit.*

Notiones hæ in Sacris tritæ. Pro منبع, מבע, uſitatius dicitur ينبوع, ינבוע, formæ ילקוט, unde in *Conſ.* 13. noſter dabit ينابيع الحباء *Scaturigines donorum*, in *Divitibus Munificentiſſimis.* Liquet ſatis *ſcaturiginem ſubſidentem* eſſe emblema tum *Opulentiæ*, tum *munificentiæ exareſactæ* ut ſic dicam, atque *extinctæ.*

ونبا المربع

Et incommoda evaſit manſio verna. Monet *Schol.* المربع proprie eſſe

المنزل في الربيع

manſionem ubi ver eſt; ubi verna & abundans copia graminis. Idem ربع, unde formula ſolennis

ما اوسع ربعهم

quam ſpatioſa manſio verna eorum! pro *quam opulenti ſunt & abundant omnibus bonis rebus! Quam late habitant, & affluunt divitiis!* Verbum ربع lucem haud ſpernendam adfert רבע, רֶבַע, tum in *quarti & quadrati* poteſtate, tum in notionibus *decumbendi & concumbendi.* Ejus derivatum ربيع *Ver*, figurate adhibetur per *Viro opulento & munifico.* Docet id *Tebrizi* ad *Hamaſa* البحر والربيع يشبه

fuit *deſolata*, & *ſcaturigo* in terram *ſubſedit*, & *verna manſio* evaſit *incommoda*, & *Celebritas in ſolitudinem abiit*, & *lectus ſcrupis*

يشبه بهما الجواد الكريم	*Cum Mari & Vere comparatur Liberalis generoſus.* In *Moallekât*.

وهم الربيع للمجاور فيهم
والمرملات اذا تطاول عامها *

Illi Ver ſunt recipienti ſeſe ad eos;
Et viduis, quum earum annus longus eſt.

Ea vis hic quoque attenditur, *ſe* enim, *ſuamque munificam opulentiam* confert cum *Vere*, & *hoſpitium* ſuum ac *ſedem*, cum *manſione verna* ad quam undique confluebatur; donec نبا, ex *plana, molli, commoda* evaſiſſet *incommoda, aſpera, dura.* Ita *Teblebius*

نبا المنزل باهله اي وجدوه نبوة اي ارتفاعا غير وطي فلم تمكن الاقامة فيه

Manſio נבה באהלה, *quum invenit eam convexitate elatiore præditam, non planam ac mollem, ita ut ibi nequirent ſubſiſti amplius.* Verbum hoc illuſtratum, & Hebræis etiam vindicatum in diſp. 1. de def. par. 25.

واقوى المجمع

Et in ſolitudinem abiit, celebritas.

Thema قوي quatuor notionibus apud *Golium* pollet, vel quinque potius, *Robore ac virtute ſuperior fuit. Validus fuit, ac robuſtus. Hominibus vacua ac deſerta fuit* domus, ſtatio. *Inhibita fuit* pluvia. *Valde famelicus fuit.* Ad concordiam in tanta diſſonantia tentandam, præmittam *Teblebium.* اقوي اي خلا واقفر والقوا القفر ومنزل قواء لا انيس فيه واقووا القوم نزلوا القواء واقوت الدار وقويت اي خلت قال ابو البقا ومنه اقواء الزاد وهو نفاده قال تعالي تذكرة للمقوين اي الذين ينزلون القوا وهي القفر او الذين خلت بطو

المضجع واستحالت الجمال واعول العيال وخلت

بطونهم او مزاودهم من الطعام يقال قويت اي لم اكل شيا كذا في الكشاف *Forma* اقوي 4*conj.* *eſt vacuum ac deſertum fieri: & deriv.* قواء *eſt deſertum herba & aqua carens: itemque ſtatio, domus,* قواء *appellatur, in qua nullus homo ſupereſt. In 4conj. de hominibus in talem ſtationem deſertam incidentibus; vel & de ipſa domo deſerta uſurpatur. ſimiliter in 1. conj. deſerta fuit domus. Dixit Abulbeka, inde etiam eſt* اقواء *viatici, quod eſt conſumtio ejus. in Alcorano in memoriam* τοῖς مقوين *exponitur, qui deſcendunt in terram* قوا*, id eſt deſertam vaſtamque, vel quorum ventres ſunt vacui: vel &, quorum peræ viatico deſtituuntur. Dicitur enim* قويت *pro nihil omnino comedi. Sic in Keſſchâf.* Eſt nomen *Lexici*, quod *Teblebius* crebro laudat, cujus mihi deſiderium incuſſere haud peſſimæ notæ ſpecimina, abditas ſæpe Origines verborum recludentia. Aliquid anſæ & hic mihi porrigi putem, ad harum ſignificationum natales declarandas; innuitur enim in fine a قوي, quatenus *magnam inediam & famem ſignat*, eas ortum traxiſſe. Nempe primitiva poteſtas videtur figenda in *fune complicato ac contorto*. Inde *valuit robore, virtute, potentia.* Et قوة קוה *funiculus, pars funis plexi & intorti:* nec non, *Robur, virtus, potentia.* قوي *Corpore validus, robuſtus*; proprie, *ex inæqualis craſſitiei partibus nexus funis.* Ita גדול *magnus, validus, firmus, potens*, a גדל *intorqueri* emanavit, ut alibi monſtratum. Idem illud *complicare & contorquere*, diverſo flexu parere potuit *Ventrem famelicum*, quem Arabes vocant *Complicatum*. Sic uſurpant verbum طوي *complicuit & in ſe convolvit* rem: Item, *famelicus fuit*, & in *part.* طاوي *Qui nihil comedit*; quaſi dicas, *qui ventrem complicuit ſuper longa inedia.* Audiatur *Teblebius* الطوا الجوع لان الاحشاء اذا امتلات من الطعام انتشرت واذا فرغت منه انطوي بعضها علي بعض *Complicatio eſt Fames, quoniam viſcera, quum refertæ ſunt cibo, explicantur; ſed quum vacui ſunt cibo, complicantur alia ſuper aliis.* Diſce hinc emphaſin vocabuli טות *Dan. 6: 18. incoenatus*; vel potius *incoenato, complicatis viſceribus*, ſecundum

pis fuit *ſtratus*, & *ſtatus* in totum *immutatus*, & *familia ad ejulatum redacta*. Sic ut *deſertis* omnibus *ſtabulis* æmuli quoque

S

cundum originem; cum *Thau* ſervili; quod quum radicale cenſeret Cl. *Hott.* in *Lex. Harm.* apud Arabes reperire non potuit.

Ad eam jam rationem قوي & قوا devenire potuerunt in ſignificationem *Valde ſamelici* atque *omni cibo vacui*, indeque porro extendi ad *vacuas peras*, *vacuas domos*, *manſiones*, *terras*. A *torquendo* ſub קוה قوي, natum קו, *funis*, *funiculus*, *linea*: תקוה ſimiliter *funiculus*: מקוה 1 *Reg.* 10: 28. *netum*, *glomeratum*, idem fermle quod טוה a מטוה, cui lucem fert طوي ut alibi latius pandetur.

وَأَقَضَّ ٱلْمَضْجَعُ *Et ſcrupis ſtratus fuit accubitus*. Verbum قض eſt *glarea ſimilibuſve durioribus rebus incommodus fuit ad decumbendum* locus. In *conj.* 4. اقض idem. Derivata duo قض & قضيض ſignant *glaream majorem* ac *minorem*, unde proverbialis locutio

جاوا قضهم بقضيضهم

Venerant magni ſimul ac parvi. In *Hiſt. Tam.* p. 158. واذ بلسوا بالقض والقضبض

Et advenerunt cum glarea magna ac parva ſua. Adde p. 241. & 341. *Teblebi.* القض الحصا الكبير والقضيض الحصا الصغير وهذان اللفظان بمعني الكل

Forma قض *eſt glarea major*: & قضيض *minor*: & *hæ duæ voculæ ſenſu univerſi veniunt*. Dein مضجع *cubile*, *omnis locus ubi recumbitur*, a ضجع *decubuit in latere*, pulchram hic format imaginem, qua *Cubile glarea inſtratum* ex genio Arabiæ pingit *Fortunas aſperas*. in *Hamaſa* مضاجع *cubilia* præbent

كناية عن الازواج

figuram uxorum, ut λέχη: & كرام المضاجع *Nobiles cubilia*, ſunt *matribus generoſis orti*. Forte ad *torum conjugialem* etiam hic reſpexit *Haririus*.

وَٱسْتَحَالَتِ ٱلْحَالُ

Et immutatus fuit ſtatus. Prius eſt in *conj.* 10. ab حال med *vav*, *verſus mutatuſque fuit*. Inde etiam alterum حال *ſtatus*, ſpeciatim præ-

وخلت المرابط ورحم الغابط
واودى الناطق والصامت ورثي
لنا الحاسد والشامت والبنا
للدهر

præſens, unde & pro *tempore præſenti* apud Grammaticos uſurpatur. Eleganter *Algazali* في الحال والمال *ſtatu præſenti, ac futuro.* Eſt etiam في الحال *ſtatim.* Heic loci ponitur pro *ſtatu fortunarum beatiore*; quæ vis etiam reſidet in phraſi مشي به الحال *foetificavit ei ſtatus*, id eſt *dives evaſit* ut redditur a *Pocok.* in *Hiſt. Dyn.* p. 324.

وَأَعْوَلَ ٱلْعِيَالُ *Et altiore voce ejulavit familiâ mihi ſuſtentanda.* Sub themate عال media *vav*, ordinatur quoque عَوْلٌ *ejulatus*, & عولة, & عويل, a ſono ejulantis conformatis iſtis vocibus; unde & عوّل *conj.* 2. Itemque اعول *conj.* 2. *cum clamore, altioreque voce ejulavit.* Nobis *Huilen*, ſimiliter ὀνοματοπεποιημένον. Alterius originis eſt عيل صبري, in paſſiva forma radicis noſtræ, *Victa fuit patientia mea*, a *præponderando*: eſt enim عال in origine, *propendit ad iniquitatem* judex: *exceſſit, declinavit* a juſto & vero. Hebræorum עולה *iniquitas* ſic orta. Porro *gravis, difficilis, moleſta fuit* res; quaſi *præponderavit.* Alio adſpectu, *ſuperior fuit vicitque*, id eſt *præponderavit.* Iterum *ſuſtentavit aluitque familiam*: *numeroſa fuit familia: multos domeſticos ſuſtentandos habuit.* Et hoc a *pondere prægravante* derivatum autumem. Hinc jam noſtrum عيال *Familia, domeſtici quos quis ſuſtentandos habet.* Proprie *prægravans pondus ac ſarcina.* Confer quoque ſub عال, med. *je*, vim *Egeni.*

وَخَلَتِ ٱلْمَرَابِطُ *Et vacua facta ſunt ſtabula.* Poſterius مرابط eſt *plur. fr.* a مَرْبَط *locus ubi quid religatur*; ſpeciatim hic deſignans المواضع التي يربط فيها المال *loca ubi pecora religantur.* Thema ربط *ligavit, revinxit.*. Prius خلت 3 *fam. præt.* a خلا *vacuus & deſertus fuit* locus; unde numero 6. apud *Golium* habes خلا مكانه *mortuus fuit*; ad verbum

que miſerarentur, & *opibus vocalibus* ſimul *mutisque peſſumdatis* complorarent nobis invidi, & alterius malo lætantes. Eo autem recidimus, fortuna nos affligente, & inopia nos

S 2. *humi*

bum, *Vaccefactus eſt locus ejus.*

وَرَحِمَ ٱلْغَابِطَا *Et commiſeratione affectus eſt invidus.* Cum Hebræo רָחַם per omnia convenit رَحِمٌ, *uterus*, *propinquitas uterina*; nec non *uteri* ac *viſcerum illa commotio*, quam per σπλαγχνίζεσθαι expreſſere Græci. Sic appare,qui conſiſtant, unaque in ſede morentur, *miſereri*, *tenero affectu duci*, & *ex utero laborare*, quæ cernes apud *Golium* ſub رحم. Sequens غابط eſt *part. præſ.* τῦ *Æmulatus fuit*, *optavit iiſdem potiri bonis*; præſertim *citra invidiam*. Significatio illa miros habet natales; nempe غبط proprie eſt *contrectare quid*, & *explorare quam pingue ſit*. Facit huc illud *Horatianum*.

Invidus alterius rebus macreſcit opimis.

وَأَوْدَى ٱلنَّاطِقُ وَٱلصَّامِتُ

Et periit loquens ſilenſque. Id eſt *opes quæ vocales*, ut *pecudes*, *quæ muta ac voce omni carentes*, ut *aurum*, *argentum* & ſimilia. Scholiaſtes

الناطق من الحيوان مثل بقر وغنم وابل وسميت ناطقا لاصواتها . والصامت الذهب والفضة والمتاع

Loquens ſive Vocalis dicitur de beſtiis, ut bubus, ovibus, camelis; quia vocem mittunt. Tacens autem notat aurum, argentum, ſupellectile. Confer *Golium* ſub نطق *locutus fuit*, & صمت *ſiluit.*

وَأُلْنَا لِلدَّهْرِ ٱلْمُوقِعِ

Et rediimus per Fortunam adverſam &c. Ab آل med. *Vav*, *rediit*, *evaſit*, *exitum & finem habuit*, qua *bonum*, qua *malum*, eſt in 1 *plur. præt.* أُلْنَا *Rediimus, illuc tandem evaſimus, eo ſumus delapſi.* موقع in part. 4. a وقع *cecidit* & quidem *cum fragore*, unde omnes ſignificationes hujus verbi pendent lucemque capiunt. Eſt Hebræum יקע, nam & Arabes dicunt وقع عنه

للدهر الموقع والفقر المدقع الي
ان احتذينا الوجي واغتذينا.
بالشجي واستبطنا الجوي
وطو

احتمال الفقر quæ Gloſſa non eſt converſa. Valet ea *male ſuſtinere paupertatem*, quum videlicet *vertebras* illa *frangens adfligit humi*, *affigitque*.

الي ان احتذينا الوجي *Illum*, *ut Calcearemur urentis dolore calculi.* Inſignis figura. Verbum وجي in *Golio* eſt, *Laboravit ex ungula*, *eam attenuatam tritamve habuit* equus. *Scholiaſtes* clarius. الوجي النوجع في باطن القدمين من الحفاء يشير الي النعال بعد الحفا حتي توجعت قدماه *Vox* וגי *notat dolorem in interiore parte pedum ex diſcalcatione:* ſignificare autem vult *diſcalceationem veniſſe poſt uſum calceorum*, *ita ut male urerentur ac dolerent pedes ambo.* Diſcent hinc, qui fixas & finitas amant notiones quid Hebræis fuerit יגה, unde יגון *moeror*, *dolor*, & נוגה *dolore affecit.* Proprie *uſſit pedem calculis*, *ſcrupulis*, *aſperitate.* Inde *incuſſit ſcrupulos anxietatem*, *iiſque male torſit ac divexavit.* Sed hæc alias. Præcedens احتذينا *calceavimus nos*, in 8. ab حذي, cujus احذ

عنه *avulſus fuit ab illa re*; *averſatus eſt eam.* מוקיע quid ſupplicii ſignet, arduum eſt determinare. Secundum originem ſuam ſonat, *Cadere facere cum fragore.* Id poſſet referri ad *rupta in rotis membra*; poſſet quoque ad *crucem* ipſam. موقع *paſſ. part. 2 conj.* ſpeciatim exponitur, *Malleo Contuſus.* Ad uſum *Hariri* pertinet alia adhuc Gloſſa, qua eadem forma deſignat *Obrutum & obtritum malis.* In 4. اوقع *Cadere fecit in ærumnam*, quæ واقعة vocatur, participialiter.

والفقر المدقع *Et paupertatem humi adfigentem.* Verbum فقر *fregit vertebras. Infregit* dorſum. & فاقر *Calamitas*; quaſi dicas *vertebras frangens* malum. Media *Dammata* hinc فقر *pauper fuit*, tanquam *infractus dorſum ac vertebras.* Hæc origo attenditur a profundiſſimo noſtro Literatore, adjecto vocabulo مدقع, quod eſt *part.* 4. à دقع *inhæſit*, *affixus fuit* terræ; præſertim *Præ miſeria ac paupertate.* - دقع In *Golio* سوء

humi aſſigente, ut ſcrupulis pedem urentibus *calcearemur*, & *angore guttur præcludente nutriremur*, & *dolorem ventris intus admoveremus*; *Viſceribus* longa *ſuper inedia Complicatis.* Et *ocu-*

احتذي exponitur انتعل *calceum indutus fuit.* Mirifice dictum, *Calceati ſumus dolore laborantis ac male uſti pedis*; quod innuit illum *nudi & laniati pedis affectum* ſucceſſiſſe in locum *Calceamenti: ac pedi arctiſſime adhæſiſſe, eumque totum occupaviſſe.*

واغتذينا بالشجي

Et nutriti ſumus angore præfocante. Thema غذا ult. *Vau* & *je* eſt *aluit, nutrivit.* Inde 8. noſtra اغتذي *nutritus fuit.* Alterum شَجِي, eſt actio τῦ شَجِيَ *anxius moeſtuſque fuit.* Proprie, *Re aliqua in gutture præfocatus fuit*, idem quod غصّ *in faucibus preſſus fuit* cibo, potu, hærente; & metaph. *anxie oppreſſus fuit* moerore, aliave re, quam expedire non potuit. Ejus derivatum. غُصّة i. q. شَجا *præcluſio gutturis*, teritur pro omni *moleſtia præfocante quaſi. Hiſt. Tam.* p. 70. *Innuit quidam eorum Sjah Jahjæ ut obtruncaret Timurum*, ويرفع عن العالم هذه الغصة *& tolleret e mundo hanc præfocationem, hanc ærumnam præfocantem.* Sic in formula ſolenni اسغ لي غصتي *Aſig li Gotſſati*, qua auxilium petitur, *Deſcendere mihi fac quod gulam premit.* Tale *auxilium levati gutturis, diſcuſſive angoris* expreſſere Hebræi per תושיה, non a ישע, ſed a שוה. Vim vocis noſtræ, granditatemque ſimul figuræ ſic explicat *Schol.*

الشجي ما يعترض في الحلق يختنق به وكني هذا عن شدة الحال والشجي ليس هو بغذاء بل هو مشقة وتعب لكنه بالغ في وصف شدة حاله فقال انه انتعل ما لا ينتعل به ويغتذا بما ليس بغذاء

Vox hæc notat quid exiſtens in gutture, quo ſuffocetur. Id inſervit pro figura calamitoſæ conditionis. Præfocatio autem non eſt nutrimentum, ſed moleſtia & ærumna: attamen eo uſque provectus eſt in deſcriptione miſerrimæ ſuæ conditionis, ut diceret ſe calceatum fuiſſe eo, quod non calceatur; & nutritum eo quod nutri-

وطوينا الاحشا على الطوي واكتحلنا السهاد واستوطنا الوهاد واستوطانا القتاد

nutrimentum non eſt. Potuiſſet dexterius adhuc emphaſin declaraſſe, *ſe calceatum fuiſſe eo ipſo quod pedes læderet & laniaret; ac nutritum eo ipſo quod corpus affictaret atque enecaret.* Ejuſdem naturæ ſunt phraſes in Sacris האכיל לחם לחץ ומים לחץ 1 *Reg.* 22:27. *Cibare pane anguſtia, & aqua anguſtia*, per appoſitionem in utroque membro. Et *Eſaj.* 30: 20. ונתן לכם לחם צר ומים לחץ *Et dabit vobis panem anguſtiam; & aquas oppreſſionem.* In quibus formulis לחץ poteſt ſpeciatim quoque ſignare *præſocationem* & *angorem clauſi gutturis.*

وَٱسْتَبْطَنَّا ٱلْجَوَي *Et pro ventris fomento ſumſimus cruciatum ventris.* Ejuſdem coloris eſt & hocce, ait enim *pro ventris fomento nihil aliud potuiſſe applicari, quam id ipſum quod ventrem diſcruciaret, ac interiore æſtu conſumeret;* Vel *Ardorem & æſtum ventris ipſi fuiſſe unicum ventris fomentum.* جَوَي apud *Golium* eſt *ardor, combuſtio. interior amor, vel dolor, ejuſve vehementia;* item *aqua fœtens.* Radix جَوِيَ *Vehementi æſtuavit amore*, vel *moerore. Male habuit animus, abhorruitve. Corrupta fuit foetuitque aqua.* Hiſce conciliandis ſubſerviet, quod *Schol.* hic monuit, الجوي فساد الجوف وما حشي به *voce hac indicari corruptionem ventris, & viſcerum ejus.* Addatur *Teblebi*, qui مرض القلب *Morbum cordis exponit*, ſive ex *amore nimio* ſive ex *moerore*, quum nempe *Cor intus æſtuat*, & *corrumpitur quaſi cum quodam foetore.* Præcedens استبطنا eſt 1 *plur. præt.* in 10. a بطن *intimus, interior fuit. Ventrem affecit. In ventrem pervenit, ac penetravit. Ventrem doluit*, & ſimilia, quæ a بطن בטן ſuccreverunt, *medium, intimum, partem interiorem, Ventrem* notante. Ejus 10. *Conj.* valet, *ſub ventre ſuo ponere* aliquid *ſuppoſitumque tenere*, nempe *fomenti loco.* Commode *Schol.* جعلنا في بطوننا *impoſuimus Ventri noſtro.*

وطوينا الاحشا علي الطوي

Et complicavimus viſcera ſuper inedia. Eſt ex intimo Arabiæ genio depromtum, ubi *viſcera complicata* figuram præbent *graviſſimæ famis* ac *inediæ.* Supra jam adductus *Te-*

oculos perlineremus inſomnia, & *in depreſſis Vallium habitaremus*, & *Clitellarum penitus obliti foremus*, & beatam prædicaremus

Teblebii locus, quo locutionis origo declaratur. طوي *complicuit* & *in ſe convolvit rem*, affinitatem habet cum טוה *nevit*, *glomeravit.* In gratiam Philarabum illuſtrabo Gloſſas apud *Golium* ſub طوي proſtantes. *opplevit puteum*, quaſi dicas *complicuit*. Item *peragravit* regionem, veluti *complicatam* ac *permenſam.* طوي كشحه *animum applicuit ad* aliquid, ſequente علي, Proprie *latus ſuum plicuit ſuper* re aliqua. Alia *metaphora* iſtud طوي كشحه *Plicuit latus ſuum ſuper re*, eſt *eam celavit.* Quin imo طوي كشحه *Complicuit latus ſuum* reperio quoque, pro *gracilis* ac *tenui ventre præditus fuit*, in *Hamaſa*; ubi junctim inſuper extat.

طيّان طاوي الكشح

Famelicus, *complicans latus.*

Huc facit etiam طَوٍ pro طَوِيٌ *Tenuis*, ceu *plicabilis*, *ventre.* Porro ſequente عن *a*, valet *averſus declinavit a* re, quaſi *replicuit ſe* ab illa. Et alia ſtructura, *acceſſit conſidendi*, *commorandive ergo*, id eſt, *applicuit ſe.* Sequitur jam, *dedita opera nihil comedit*, quod eſt, *complicavit Ventrem ſuum aut viſcera*, unde طَوِيٌّ *Plicatus. Plicatilis*; &, *qui ſtudio nihil comedit.* طاوي & طيان *Famelicus*, טוה ut dudum monui. Denique طوي *iteravit*, *bis fecit*, quaſi *complicavit*, *plicando duplicavit.* In derivatis طية, eſt *modus plicandi*, *aut convolvendi*; itemque *intentio*, *propoſitum*: ut & طوية, *conceptus interior animi.* A *complicando* videlicet. In *Hiſt. Tamerl.* p. 385. وقد اضمر شرا كثيرا وطوي في باطنه قنارا وقيرا *Jamque animo conceperat malum multum*, *& complicuerat in interiore ſinu omnigenam picem.* Aliam adhuc locutionem pervenuſtam habes in *Adag. Gol.* p. 101. طوينه علي دلاله

القتاد وتناسينا الاقتياد واستطبنا الحين المجتاح واستبطانا اليوم المتاح.

بلاله *Complicui ipſum ſuper ſucco ſuo.* Plenum, طويت السقاء علي بلته *Complicavi utrem ſuper madore ſuo.* Inde *Complicare ſuper ſucco ſuo* aliquem, eſt *eum tolerare cum vitiis ſuis, ob aliquid boni quod in eo ſupereſt.* Phraſin *complicati ventris* adhibebit quoque Noſter in *conſ.* 9. infra. طويت

الحشي علي سغب خمسا

Complicui viſcera ſuper eſuritionem totos quinque dies. Habes ſimul *ſing.* τῶ احشاء, a rad. حشا media *Vav, replevit, farcivit.*

وَٱكْتَحَلْنَا ٱلسُّهَادَ

Et pro collyrio oculorum illevimus inſomniam. Perſiſtit in figuris audacioribus cumulandis. كحل eſt *illevit ſtibio* oculos. In 5. تكحل *ſtibio illitos habuit oculos.* 8. noſtra اكتحل idem. Eleganter hinc dicunt لا اكتحلت غمضا *Non illitos habui oculos collyrio contractionis palpebrarum;* pro *ne momentum quidem dormivi, ne nictu quidem oculi ſomnum percepi eove ſum recreatus.* Scilicet ut *Collyrium,* ſic *ſomnus* oculis veluti *illitus, recreat,* & *ſedat moleſtias,* quas *oculo incaleſcente* عين سخين conſignant Arabes. Hinc jam dignitas, gravitaſque figuræ noſtræ elucet: ait enim *inſomniam, graviſſimam moleſtiarum ſibi tantum relictam fuiſſe ad acerrimum cordolium ſedandum.* Videlicet *Oleum flammæ infuſum.* سهاد eſt *ἀγρυπνια talis, quum quis penitus dormire non poteſt.* Radix سهد *inſomnis fuit. Vigilavit* & quidem *perpetuo.*

وَٱسْتَوْطَنَّا ٱلْوِهَادَ

Et conſedimus in vallibus. Hoc vero quid malæ portat miſeriæ? permultum. Audi *Teblebium,*

الوهاد ما انخفض من الارض ولا ينزلها الا الضعفاء من الناس الذين لا مدافعة لهم

Wihàd vocantur loca depreſſiora terræ, quæ non habitantur niſi a pauperrimis hominibus, quibus nihil eſt defenſionis ac præſidii. Addit *Scholiaſt.* alter جعلوا الوهاد وطنا لفقرهم حتي لا يري ديارهم

remus *Conditionem exitio* jam *datorum*, *ultimaque fata* ut *lenta nimis incuſaremus*. Num jam *liber* aliquis *&* *ingenuus* eſt

T qui

نارهم للضيوف *Fecerant valles domicilium ob inopiam, ut ne ignis eorum conſpiceretur ab hoſpitibus.* In *Collibus* & *montibus* nempe opulentiores *domicilia figunt*, tum ut *tutiores* ſint, tum ut *hoſpitalis* ipſorum *ignis* procul reluceat, multoſque alliciat. Ergo in *vallibus reſidere* miſerrimum ſordidiſſimumque. Ceterum وهاد eſt *plur. fr.* a وَهْدَة *terra depreſſa, cava, declivis*; a وهد *ſtravit.* استوطن eſt 10. conj. a وطن *conſuevit* alicubi, *&* *diu moram traxit.*

واستوطانا القتاد *Et calcaremus ſpinam aſperrimam.* Vel potius, *Et tragacantham mollem & commodam reperiremus.* Iterum Schema audaciuſculum. Radix وطا, ſeu وَطِئَ *Elif* mobili, ac radicali, eſt *calcavit* & quidem *terram mollem* ac *planam.* Inde etiam intranſ. وَطُؤَ *med. damm.* eſt, *Æquabilis, expanſus, commodus, mollis fuit* locus, lectus. Inde in 10. استوطا *mollem, commodumve comperit* locum, lectum &c. &c. Ergo ſenſus eſt, tam *aſperam* fuiſſe *fortunam*, ut *ipſam tragacantham*, id eſt *ſummam & aſperrimam miſeriam*, *reputaret mollem ac commodam* præ illa, qua conflictabatur. قتاد *Arbor aculeata, Tragacantha*, Proverbio celebratur, pro *difficillimis aſperrimiſque rerum:* & formula خرط القتاد *nodoſam* ac *ineluctabilem* ſignans *difficultatem*, proprie valet, *Decorticatio Tragacanthæ.* Explicui pluribus in opere de defectibus L. H. In Sacris quoque *via Spinis interſepta*, vel *ſpinetis aſpera* ſubſervit pro figura *calamitatis inſuperabilis.*

وتناسينا الاقتاد

Et obliti fuimus Clitellarum.

يزين انهم نسوا مركوب
المطايا لبعد عهدهم بها
مرجعوا الان يمشون علي
الشوك ويجدونه وطيا

Vult dicere ipſos oblitos eſſe vectari jumentis, eo quod a longo uſu non eſſent, ſed redacti forent nunc ut ſuper ſpinis ambulandum haberent, quas & molles reperirent. Sic Scholiaſtes, non ſine aliqua tamen confuſione idearum, cui ſuperior nota medebitur. تناسي eſt 6 *conj.*

ـــمــتـــاح هـــل مـــن حـــر آس او ســمــج
مواس فوالذي استخـرجـنـي مـــن قيلة لقد امسيت
اخا

conj. Verbi نسا *oblitus fuit*, נשה. Alterum اقـتـان eſt plur. fr. a قَتَن *Lignum ſellæ camelinæ*, ſeu *clitellarum*. خشب الرحل.

وَٱسْتَطَبْنَا ٱلْحَيْنَ ٱلْمُجْتَاحَ

Et beatum cenſeremus exitium radicitus perdens. Primum eſt 10 *conj.* طاب *bonus*, *jucundus fuit*, unde استطاب *jucundum cenſuit* aut *prædicavit.* Tertium *in part.* 8. a جاح med. *Vav* *eradicavit*, in 4. & 8. *perdidit*, *exitio dedit*, ab *eradicando*, unde حين مجتاح *exitium eradicans* concinne hic poſitum. Idem putem cum جاح *abrupit*, *exeditve fluxus* terram. Eam ſecundariam duco notionem, a primaria *cum impetu erumpendi* & *inundandi*, quam Hebræum גוח continet.

وَٱسْتَبْطَأْنَا ٱلْيَوْمَ ٱلْمُتَاحَ

Et lentum cenſuimus diem fatalem. A بَطُوَ *Tardus*, *lentus fuit*, in 10. *conj.* naſcitur *Tardum ſegnemque judicavit.* متاح *part.* 4. *paſſ.* تاح med. *Vav* & *je* potiſſimum, *determinatum & definitum fuit* quid, *ſuo modo ac menſura.* Hinc اليوم المتاح ἡ πεπρωμένη.

هَلْ مِنْ حُرٍّ آسٍ *Eſtne ex ingenuo, medente?* Sic ad verbum, pro *eſtne aliquis ingenuorum*, *qui medeatur?* Advertatur uſus elegans præp. مـن, מן, etiam in Bibliis occurrens. حر eſt חור *Liber*, *ingenuus.* Origo pendet a *fervore* ſub חרר. حرّ. آس *part. præſ.* in 1. pro آسي *medens*, ab اسا ult. *Vav* *ſanavit*, אסי *Chald.*

أَوْ سَمْحٍ مُوَاسٍ

Aut ex munifico, ſolatium præbe... Conſtructio continuatur per ... Ab اسا *ſanavit*, in 3. exit آسي pro الاسي *ſolatus fuit*; præſertim *munere* aut *beneſi...* Ejus *part.* مُوَاسٍ pro مُوَاسِي. Præcedens سمح *Beneficus*, *liberalis* &c. proprie eſt *emdis*, ...

qui *medeatur*, aut *munificus*, qui *ſoletur*? per enim Eum, *qui me Kailæ proſapiam fecit*, *frater* ſum factus *egeſtati*,

cilisque ad donandum, condonandumve, unde & *mitis* ac *clemens* exponitur. Poteſt etiam *lætum* ſignare, quæ metaph. Hebræis præſertim trita, quamvis nec ſuperiores illas ſermo Biblicus ignoret, ſub שמח. Supra jam commonui.

وَالَّذِي أَسْتَخْرَجَنِي مِنْ قَيْلَةْ

Per ſane Eum, qui me oriundum fecit e Kaila. خرج *exivit*, uſurpatur pro *natus*, *ortus eſt*; ut יצא. Ejus 10. استخرج *extraxit, derivavit*, hic valet *fecit genus ducere*. Harum notionum nulla mentio apud *Golium*, ut nec aliarum bene multarum, quas ſola librorum lectio ſuggerere poteſt. Jactat hic *Abuzeidus*, ſeſe *Gaſſanidarum* e ſanguine deſcendiſſe, nam ut *Schol.* tradit, قيلة هي ام الاوس والخزرج وهي بنت الارقم الغسانية وانتسابه هذا القيلة كانتسابه قبل هذا لاقيال غسان *Kaila eſt Mater Auſi & Charzeeji, Filia Arkamis, Gaſſanidarum e ſtirpe. Itaque quod genus referat ad hanc Kailam, eſt quod ante jam genus eum referre vidimus ad Principes Gaſſanidas.* Reſpicit ad *Conſ.* 2. ubi nunc *Saſanidas* nunc *Gaſſanidas* proavos jactat. Hujus *Kailæ* mentio fit apud *Golium* in voce اوس quod eſt *nomen tribus Arabiæ felicis, cujus primus pater Aus filius Kailæ fuerit, & frater Alchazrezji, a quibus duobus prodierint* الانصار *ſive Adjutores Muhammedis.* Lege ex *Scholiaſte* meo *Alcharzezji*. Ab hac *Kaila*, nobiliſſima *Gaſſanidarum* propagatrice *Kailenſis* titulus inditus eſt conſeſſui noſtro.

لَقَدْ أَمْسَيْتُ أَخَا عَيْلَةْ

Profecto factus ſum Frater paupertatis. امسى eſt 4. *conj.* a مسا ult. *Vav*, cujus derivatum مَسَاءٌ notat *veſpertinum tempus*. Inde in 1 conj. *venit veſpertino tempore*: & in 4. *Fuit evaſitque veſperi*, & abſolute, *Fuit*, *evaſit* infelix. Nempe ut اصبح *Fuit evaſitque mane*, uſurpatur generalius pro *evaſit*, præſertim in lætis & auſpicatis rebus; ſic noſtrum امسى pro *evaſit* adhiberi amant, in *triſtibus* & *inauſpicatis*. Porro عيلة *egeſtas*, a عال med. *je*, *eguit*; *Frater paupertatis*, quid adferat ex *Arabiſmo*, docet *Tebrizius* ad *Conſ.* 5. in quo eſt اخو سفار

Fra-

اخا عيلة لا يملك بيت ليلة ٭ قال الحارث بن همام فاويت لمفاقره ولويت الى استنباط فقره فابرزت له دينارا وقلت له اختبارا ان مدحته نظما فهو لك حتما ٭ فانبرى ينشد في الحال من غير انتحال

من

Frater peregrinationis, ubi ait العرب تقول اخو كذا لمن يلازم ذلك الفعل كثيرا فيقولون اخو الحرب اي ملازمه٭ *Arabes dicunt Fratrem rei illum, qui in actione aliqua aſſiduus: ſic Fratrem belli vocant, qui creber eſt in eo.* In *Conſ.* 13. اخو الوهم *Frater ſuſpicionis*, eſt *multum ſuſpicioſus*, vel *vanis opinionibus indulgens*. Et اخو الابث *Frater triſtitiæ* ibidem. In *Hamaſa* اخو الخنع *Frater mollitiei vel ſubmiſſionis*. Talia infinita genius linguæ admittit. Sic *Jobus* ſeſe אחי רמה *Fratrem vermi*[*c*]*antis putredinis* facit, quum Cap. 17. eam appellat *ſuam ſororem*.

لَا يَمْلِكُ بيتَ لَيْلَةٍ *Qui non poſſidet victum noctis.* ملك inter alia *poſſedit* et dominus, *compos* *fuit*, מלך. A بات med. *je*, eſt بيتٌ *penus*, *alimentum*; unde بيتُ ليلة *commeatus noctis*. *Quantum uni tantum nocti exigendæ ſufficit*.

فَاوَيْتُ لِمَفَاقِرِه٭ *Et condolui ſummæ ejus egeſtati.* اوى *Teneriore affectu commotus fuit.* مفاقر apud *Golium* comparet ſub formula سد الله مفاقره *Expleat Deus inopiam ejus.* Proprie *Obſtruat & reſarciat Deus infractiones vertebrarum ejus*, ut ſupra vim radicis فقر in *vertebra infracta*, & *egeſtate vertebram frangente* jam aperui. Eſt autem مفاقر *plur. fr.* a forma مَفْقَرَة, quam Lexica omiſere,

وَلَوَيْتُ الَى اسْتِنْبَاطِ فِقَرِه *Et inclinatus fui ad eliciendas rythmicas vertebras ejus.* Firmat Lingua

ti, qui ne quidem quo pernoctet, penum invenit. Dixit Harith Ibn Hemmam, miſeratus ego fui hominis ſummam inopiam, ſimulque inclinatus fui ad *catenatum* vertebrarum in morem *ſermonem rhytmicum*; expromſi itaque ei denarium, & exploraturus eum adjeci, ſi tu nummum hunc verſu collaudaveris, *decreto* veluti judicis *tibi maneat aſſignatus*.

guæ ſuæ callentiſſimus *Haririus*, quod dixi de Origine *egeſtatis* ſub فقر, atque فقير noſtro, *Fakyr*, *egeno inſractis vertebris jacenti* attribuit فقر *Fikar*, *Vertebras elegantiſſime nexas rhytmorum*, quales ſuperior ejus oratio nempe contexuerat. Eſt *Fikar* plur. fr. a فقرة *Fikrah*, *Vertebra*, & *Monile vertebratim conſertum*. Inde porro *Articulus elegantior ſermonis. Similiter deſinens periodus orationis. Rhythmus.* Præcedens استنبطا *inf.* 10. a نبط *ſcaturivit* aqua; unde استنبط *elicuit*, *evocavitque* tanquam e ſcaturigine, ac viva vena, ſcientiam, ingenium, poeſin &c. &c. Cum لوى convenit *Hebr.* לוה, cujus poteſtas minus dextre edita fuit hactenus. Arabibus proprie eſt *flexit*, *plicuit*, *torſit*, per diverſas metaphoras, quaqua verſum ſeſe inflectens. Hinc jam נלוה eſt *circumplicari*, & *arctiſſime illigari*. Alio adſpectu *illigat* & *obligat nexu* æris alieni creditor; *obligaturque* debitor לויתן eſt *ſerpens contortuplicatus*. לוית חן eſt opus *nexile*, *plexile*, *tortile*.

فهو لك حتما *At ille tibi decreto judicis* eſto aſſignatus. Thema حتم eſt *Firmum & irrevocabile effecit: judicaturam exercuit.* Inde deriv. حتم *plur. fr.* حتوم eſt *decretum* judicis *firmum* ac *irrevocabile*; quod & امر محتوم vocat *Arabsjades*. Autumem a חתם *ſignavit*, *obſignavit* notionem illam ortam eſſe, quod ختم alias. Utique ab *obſignando* quoque commodiſſime deduci poteſt altera illa poteſtas *inſpirandi*, quæ eſt ſub حتم.

فانبرى ينشد في الحال

Et occoepit canere e veſtigio, vel *ex tempore.* A برى *aſciavit*, *præſecando aptavit*, eſt in 7. انبرى idem quod اعترض وتقدم *occurrit*, *obviam ivit*, *prævertit*, ut *Schol.* exponit. Apud *Golium* habes *contra ivit*, *opposuit ſe.* Latiſſime patet uſus verbi, crebro in Conſeſſibus hiſce recurſuri.

من غير انتحال

Abſque ut alienum ſibi carmen arrogaret.

اكرم به اصفر راقت صفرته *
جواب افاق ترامت سفرته *
ماثورة سمعته وشهرته *
قد اودعت سر الغني اسرته *
وقارنت نجح المساعي خطرته *

ـ بت

garet. A نحل *attribuit* alicui, & quidem *falſo*, dictum, carmenve alterius, eſt in 5. & 8. conj. *ſibi falſo arrogavit* tale quid. A *Schol.* declaratur per ادعاء في

شعر غيره انه لنفسه

jactare carmen alterius a ſe ipſo eſſe factum. Eſt notio haud dubie ſecundaria, cujus origo ſatis obſcura.

جوّاب افاق *Peragratorem regionum*, eleganter vocat *nummum aureum*, a جاب med. *Vav*, *ſecuit*, & in metaph. *pervaſit* regiones. Forma hujus *adjectivi* non eſt in *Golio*; adfert ea *frequentiam* & *intenſionem*, ut ſit *qui multum ſecat*, *peragrat*, regiones.

ترامت سفرته *Longum cujus eſt iter.* A رمي *jecit*, רמה, in 6. *ſemet projecit.* Id hic valet تباعد *Longius abfuit*, ut *Scholion* habet. سفرة est غيبة وسفر *abſentia*, & *iter.* Nihil horum in Lexico.

أَوْدَعَتْ سِرَّ ٱلْغِنَي أَسِرَّتُهُ

Inſinuant arcanum divitiarum lineamenta ejus. Argute dictum. اسرّة *Lineamenta* a ſing. سِرَر & سِرَار *Lineæ in fronte*, *aut vola.* In *lineamentis* honeſtæ ac ſpecioſæ frontis, eſt quod ſe ſtatim commendet, atque inſinuet. Sic *aureus nummus* ſemper & ubique habet quo ſe commendet. Sed اودع *commendavit* in 4. a ودع etiam valet *depoſuit*; *arcani quid credidit.* Hinc jam venuſte ait *Lineamenta* nummi aurei *arcanum opulentiæ commendare apud omnes*, *quibus adfulgere dignatur.* Errare videtur *Schol.* qui سرّ cepit pro خالص الشي *Optimum rei.* Sane

tus. E veſtigio itaque ſic canere occoepit, non ſane plagio ſibi alienam vindicans gloriam.

Laudo huncce flavum, cujus flavedo perplacet.
Peragratorem regionum, longiſſima cui itinera.
Prænobilis cujus fama & præſentia eſt:
Profecto inſinuant arcanum opulentiæ lineamenta ejus.
Et reddit expeditiſſima negotia vel cogitatio ejus:

At-

سر القوم eſt *præſtantiſſima pars populi*: & سر الوادي eſt *potior meliorque locus vallis*; Sed *arcanum divitiarum* plus habet acuminis; niſi quis ex ancipiti utramque notionem conjungi malit.

وَقَارَنَتْ نُجْحَ ٱلْمَسَاعِي

خَطْرَتُهُ *Et expedit felicem ſucceſſum negotiorum cogitatio ejus*. Verbum قرن *junxit*, unde in 3. قارن *conſtellationi felici* aſſignatum. Ea vis hic attenditur. Ejus *actio* قران eſt *felicior ſiderum Conjunctio*; *Conſtellatio fauſta*. صاحب قران *Dominus fauſtæ conſtellationis* eſt Titulus magnorum imperatorum, quibus orbem ſubjugandum *felicia* addixere *ſigna* coeli. Hinc *Tamerlanes* eo quoque ſeſe inſignivit apud *Arabſjad*. p. 19. Confer *Herbelot*. in *Timur*. نجح *act*. verbi نجح *proſpere evenit* res. مساعي *plur. fr.* a مسعاة *conatus*, *ſtudium laudabile*. Thema سعي *intendit*, *ſtuduit*, *operam dedit*. خطرة *Cogitationem* verti, quamvis & per *Vibrationem* convertere licuiſſet. Non extat hæc forma in *Golio*, ſub ejus *rad*. خطر *vibravit*, *ſurſum deorſum motitavit*, *in dextram ſiniſtramque jactavit*. Inde خطر ببال *vibravit in mente*. i. e. *ſubiit animum cogitatio*. Abſolute etiam خطر *incidit in animum*. Unde jam خطرة *Cogitatio vibrans* veluti in animo. Sic ſæpe *Algazalius*; cujus eſt phraſis خطرة مدتهم *mora eorum* ſive *vivendi tempus*, *cogitatio*. ὡσεὶ νόημα avolavit. כהגה *Pſ*. 90. Non damnarem tamen hic primigeniam vim *vibrationis*, percommodam ſane in *aureo nummo* qui *nutu*, *nictu*, *vibramine ſuo* omnia feliciſſime expedit.

وَحُبِّبَتْ إِلَى ٱلْأَنَامِ غُرَّتُهُ

Et amabilis eſt ad homines candicans macula

وحببت الي الانام غرته *
كانما من القلوب نقرته *
به يصول من حوته صرته *
وان تعانت او توانت عترته *
يا حبذا نضارته ونضرته *
وحبذا مغناته ونصرته *

كم

macula frontis ejus. Ab حبّ *Amavit*, in paſſivo 1. forma perfecta eſt حببت Alterum غرة, a غر *Alba fuit facies, macula canduit frons* equi, ſignat proprie *candicantem frontis maculam*; mox *frontem* ipſam, vel potius ejus *nitorem ſplendoremque.* Inde *familiæ decus* ac *ornamentum. princeps. Vir illuſtris. melior ſplendidiorque pars ſupellectilis. Novæ lunæ ſplendor &c. &c. &c.* & ipſe *menſis*; ut in *Hiſt. Tim.* 229. 365.

كَأَنَّمَا مِنَ ٱلقُلُوبِ نُقْرَتُهُ

Tanquam ſi e cordibus eſſet maſſula ejus liquata. Verbum نقر *excavavit, cavando ſculpſit, perfodit roſtro, perforavit*, נקר, præbet نقرة *cavernam*, vel potius *cavitatem parvam* ac *rotundiorem*, itemque *Liquatum aurum argentumve.* Nempe a *formula concava* in quam *maſſa liquata funditur.* Bene *Schol:* النقرة القطعة المسبوكة من ذهب او فضة قبل ان تطبع منها الدراهم

Vocatur Nukra particula fuſa auri aut argenti, antequam cudantur ex ea nummi. Utitur hac voce *Abulphar.* 449. *Eutych.* t. 2. Ann. Alex. p. 39. 41. Senſus lepidi dicti eſt, *imo e corde* omnes homines *amare aureos nummos*, haud ſecus ac ſi *maſſulæ* unde nummi procuſi, e cordium humanorum ſubſtantia *liquatæ eſſent.*

بِهِ يَصُولُ مَنْ حَوَتْهُ صُرَّتُهُ *

Eo ferox eſt, cujus comprehendit eum crumena. Radix صال med. vav, *ſæviit vehementi impetu*, lucem adfert Hebræo צול, unde מצולה *profundum vehementius æſtuans*, & *ſæviens.* In *Hiſt. Tamerl.* ſæpe adhibetur pro *ferocire*, & ita redditur *Abulph.* 139. Hujus fut. 1. يصول Alterum حوت 3. fæm. præt. 1. ab حوي idem quod

Atque adamatur apud mortales frons ejus candida,
Ac ſi e cordibus liquatum fuiſſet metallum ejus.
Eo ferocit, cujus crumena eum clauſerit.
Sin evanuerit, aut tardaverit nitor ejus,
O quam gratus redit ille fulgor, illa nitens pulcritudo!
O quam gratæ opulentitates ejus & opitulatio!

V *Quot*

ضمّ *comprehendit, continuit, intime complexus fuit*, quæ etiam fuit primigenia poteſtas חיה & חוה apud *Hebræos*; quibus *vita* dicta, quod *naturam contineat*, nec *diſſolvi* patiatur. Alibi jam tactum. صرّة *Crumena, loculus, panniculuſve in quo pecunia nodando, ligandove, reconditur*, צרור, a صرّ *ſtrinxit, nodavitque* crumenam, צרר.

وَإِنْ تَفَانَتْ أَوْ تَوَانَتْ عِتْرَتُهُ

Quod ſi evanuerit, aut tardaverit nitor ejus. فني *evanuit, periit.* Eadem poteſtate 6 *conj.* تفاني hic donatur, quum apud *Golium* [illegible]ntum tranſitive ſit *invicem delere* ut in bello; ex 4. *conj.* apud *Algazalium* reperio افني عمره *ætatem ſuam conſumſit.* Ergo فني *decrepita ætate & caducus ſuit in eo*, من فني عمره *cujus ætas evanuit.* In *Pſalm.* 90:9. ימינו פנו eodem ſenſu. Apud *Algazalium* eſt شيخ هرم فاني *Senex decrepitus, evaneſcens.* Apud *Arabes* æque ac *Hebræos* latius tamen patet Radix, cujus diverſos adſpectus per omnia nondum aſſequor. Eſt etiam in 6. *conj.* alterum توانى, a وني *torpuit languitve ſegnis, deſes* fuit; unde تَوَانٍ *inf.* 6. *mora, cunctatio* omnis, ac *ceſſatio* in officio. Ultimum عترة *Scholiaſti* eſt قرابة عشيرة *propinquitas, conſortium.* Hæc eſt ea notio, quam *Golius* expreſſit per *progeniem, familiam, ſocios*, a عتر *ſtirps, origo.* At عترة etiam eſt *crenata ſuperficies*, & *nitor* rei cujuscunque, a verbo عَتَرَ *tremuit, tremulum vibravit*; quam vim hic attendendam eſſe arbitror, *nummo aureo* apprime quadrantem.

يَا حَبَّذَا نَضَارَتُهُ وَنَضْرَتُهُ

O quam gratus fulgor ejus, & pulcritudo nitens! نضر *Nitore fulſit, floridè*

كم امر به استتبت امرته *
ومترف لولاه دامت حسرته *
وجيش هم هزمته كرته *
وبدر تم انزلته بدرته *

ومـ

ſloride pulcher fuit, læte viruit, dat utrumque hoc vocabulum, & illuſtrat originem τῶ נצר quum *lætum germen*, ac *ſurculum ſloride pulchrum* denotat, ac cum צמח ſub eadem figura uſurpatur. Prius حبذا monente *Teblebio* ركب من حب وذا *compoſitum eſt ex* حب *amor*, & ذا *pron. demonſtr.*, ut ſit laudantis dicere حبذا *O amabilem rem!* ac contra improbantis لا حبذا. In *Camus* enotatum quoque verbum قال حبذا pro تحبّذ *dixit o amabilem rem!*

مغناته *Dives opulentia ejus.* Bene *Schol.* يقال يغني مغناك اي ينوب منابك ويقوم مقامك. ويريد انه ينوب عن الانسان بالمضايق وينصره *Dicitur* יענה מינאך, *pro explebit vicem tuam, & tuum tibi locum tuebitur; ſenſus autem eſt nummum explere pro homine omnia, in neceſſitatibus, eumque adjutare.* Id in *Eccleſiaſte* eodem hoc verbo inculcatum הכסף יענה את הכל *Argentum reſpondet omnibus.* Liquet غني ſignificationes *opulentiæ, divitiarum*, αὐταρκείας & *expletiſſimæ utilitatis* traxiſſe a ענה *reſpondere.* pro مَغْنَاةُ & مُغْنَاةُ efferre licet, ſuntque hæ formæ, tanquam *infin. irregulares* 4 conj.

وَكَمْ أَمْرٍ بِهِ ٱسْتَتَبَّتْ إِمْرَتُهُ

Et quot negotia, quorum hujus ope demum recte adminiſtratur provincia. امرة *Imperii commiſſi præfectura, provincia*, ab امر, אמר. Extenditur ad omnem *adminiſtrationem*; & nonnunquam complectitur *rei*, quam quis *ſuſcepit*, *acceſſiones* atque *incrementa fructuoſa.* Præcedens verbum eſt 10. a تبّ *ſecuit*; unde استتب *paratum ac recte diſpoſitum fuit* negotium; quaſi *bene ſectum* dicas.

وَمُتْرَفٍ لَوْلَاهُ دَامَتْ حَسْرَتُهُ

Et quot beatis, niſi hic foret, per-

peram

Quot negotia hujus recte concinnat nutus!
Quot beati, abſque eo ſi foret, longum ſuſpirarent!
Quot exercitus curarum fugavit hujus impetus!
Quot plenas Lunas detraxit lunata hujus facies!

V 2 *Quot*

petuum eſſet ſuſpirium! ومترف poſitum pro. وكم مترف *Et quot beatorum.* Eſt autem *part. paſſ.* 4. a ترف *bonis commodiſque vitæ affluxit*, vel *iis fruitus & lætatus fuit.* In 2. & 4. *mollem ac diſſolutum reddidit nimia commoditas vitæ.* An hinc repetendum diu quæſitum, nec dum inventum etymon τῶν תרפים, quaſi diceres *Fortunæ commodioris præſides* & *Largitores?* لولاه comp. ex لو *ſi*, لا *non*, ه *ille*. دامت 3. præt. 1. a دام media *Vav*, *perennavit*, *quievit.* حسرة *Suſpirium* præſertim *defecti* viribus, ab حسر apud *Golium ſign.* 7. *ſuſpiravit.* Secunda *ſign.* erat, *laſſus fuit*, *defecit.* Tertia, *obtuſus fuit defecitque viſus.* Hæc & alia quæ Arabes ſub حسر admiſerunt, ſunt deducta a fonte primigenio, quo حسر البحر *Refluxit & decrevit mare* dicebatur, teſte *Tebrizio* ad *Hamaſa*, qui adfert حسر

البحر اذا نضب الماء عن ساحله

Mare חסר, *quum decreſcit aqua a littore ejus.* Hui c uſum habes *Gen.* 8.3. ויחסרו המים Quomodo hinc diverſæ fluxerint *metaph.* nec obſcurum erit exercitatis ingeniis, & alio in opere deducetur.

وَجَيْشِ هَمٍّ هَزَمَتْهُ كَرَّتُهُ

Et quot exercitus curarum in fugam dedit impetus ejus! A جاش med. *je*, *Efferbuit bullivitque* olla, *Æſtuavit* mare &c. eſt جيش *Exercitus*, vel a *fervido impetu*, vel quod eo *late campi fervere videantur*, ut *Virg.* ait. Etiam media *Vav* enunciatum fuiſſe hoc thema docet جوش *Cor*, a جاش *vehementius commotum ſaluit* cor, *æſtuavit* animus; ac proinde גוש עפר *æſtuationem pulveris* reddendum eſſe autumo *Job.* 7. Porro *Exercitus curarum* bonum ſchema. همّ *Cura*, a *Tabeſcendo*, המם. *Fugatio* quæ eſt in هزم, eſt notionis ſecundariæ, a primaria *frangendi aridum* quid, *cum ſtrepitu & fragore*; unde *profligare*, *clade adficere*, *fractum*, *fuſumque*, *fugare* hoſtem. كرّة *impetus unus*, a كرّ *irruit.*

وَبَدْرٍ تَمٍّ أَنْزَلَتْهُ بَدْرَتُهُ

Et quot lunas plenas deſcendere fecit lunata & ſplendida hujus facies!

ومستشيط تتلظي جمرته *
اسر نجواه ولانت شرته *
وكم اسير اسلمته اسرته *
انقذه حتي صفت مسرته *
وحق مولي ابدعته فطرته
لو لا التقي لقلت جلت قدرته *

اكن

بدر تمّ *Luna perfectionis*, eſt بـــدر لـيـلـة الـتـمـــام

Luna pleno fulgens lumine 14. *nocte* A. نزل *deſcendit*, *fluxit*, נזל, in 4. eſt انزل. *Luna plena deſcendere facta*, *e coelo*, eſt *Vir excellens e culmine honoris ac gloriæ detractus.* Iſto *veneficio* pollet *incantator nummus*, ejuſque بدرة *facies*, *oculus*, *Lunæ inſtar plenæ refulgens.* Sic omnino vertendum; nam quod *Schol.* capit pro مبادرة *feſtinatione*, vel etiam pro عشرة الاف درهم *Decies mille Drachmæ* languet. بــدرة eſt *acute & promte videns oculus*: a *celeritate* ait *Golius*. Fieri poteſt, ſed malim a *Luna*; nam ipſe mox ſubjungit, *etiam nitens & pulcher oculus inſtar Lunæ.* Talem *oculum* facete tribuit noſter *nummo aureo.* Ipſum illud *pondus decies mille drachmarum* ita quoque dictum fuit quaſi *Oculus plenæ inſtar lunæ renidens.*

وَمُسْتَشِيط تَتَلَظَّي جَمْرَتُهُ

Et ira inflammati, *quorum arſerat pruna.* Conſtructio per كـــم *Quot* adhuc continuatur. شـــاط *aduſtus fuit* med. *je*, in 10. *exarſit ira*, unde part. مسـتـشـيـط hic abſolute eſt غضبان *iracundus.* Ei figurate datur جمرة *pruna*, id eſt شـــدة غيظ *vehementia excandeſcentiæ*; quæ *pruna flammam emiſiſſe* dicitur, id enim proprie لظي in 1. 4. 5. 8. conj. cujus derivatum لظي *Ladan* eſt *ignis flammans*, & nunnatione abjecta *Lada* καὶ ἐξοχὴν *infernus ignis.*

أَسَرَّ نَجْوَاهُ وَلَانَتْ شِرَّتُهُ

Quos Clanculum allocutus nummus eſt, *ſic ut emollitus ſit acris impetus.* Facetiſſime *Nummo* tribuitur نَجْوَي *clandeſtinum colloquium*

١٣٠

Quot ira inſlammatos, quorum pruna exarſerat,
Clandeſtino impertiit alloquio, eorumque emollita eſt vehementia!
Quot captivos quos prodidit ſua ipſorum cognatio
Eripuit hicce, *ſic ut liquidum gaudeant gaudium!*
Quot jura Domini noviter produxit hujus creatio!
Quod niſi obſtaret Religio, dicerem ſane, potentia ejus Optima Maxima.

V 3 *Quot*

a نجا *communicavit arcani quid.* Illuc collineat quoque اسر 4. *conj.* a سر *affecit in umbilico*, quod hic valet اخفي *occultavit.* Tertium لانت a لان med. *je*, *Lenis*, *mollis*, *placidus fuit.* Denique شرة a شر *malus fuit*, hic non tam *malitiam* ſignat, quam *acrem impetum* & *ardorem*, quem & ſuſpicor priorem *malitia*, ac *improbitate*, quæ ab *impetu ſcintillante* commode deduci poſſet.

وكم أسير أسلمته أسرته

Et quot captivos quos prodiderat cognatio ipſorum. אסיר اسير *Vinctus*, ab اسر אסר *vinxit*, *arcte conſtrinxit & colligavit.* Inde & اسرة *neceſſitudo*, *cognatio*, *nexus propinquitatis* vel *affinitatis.* A שלם سلم in 4. obſcuriore flexu enatum *prodere* · *deceptum relinquere*, خذل ut *Golius*, ترك ut *Scholiaſtes* meus explicat. Ductum eſt ab اسلم *pacem fecit*, *dedidit*; inde porro *tradidit*, & tandem *prodidit* ac *deſeruit.* Latinum *dedere*, ac *tradere* ſimiliter ferme in malum tandem devenere.

* أنقذه حتى صفت مسرته

Eripuit eos, ita ut liquidum eſſet eorum gaudium. Verbum نقذ *Liberavit*, *diremit* alterum ab altero, e fovea *eripuit.* Item intrans: *evaſit*; cujus derivatum نقذ *ſalutem* omnem & *incolumitatem* ſignat. Origo mihi haud dum ſatis perſpecta. Eadem *Liberandi* vis in 2. 4. 5. 8. ſeſe exerit. Alterum صفت eſt *fœm. præt.* a صفي *clarus*, *defæcatus fuit* liquor; *ſudus* fuit aer; *liquida* fuit fortuna, felicitas, lætitia. مسرة *Lætitia* eſt a سر *Hilarem lætumque reddidit*; proprie *affecit in umbilico*, ni fallor.

وحق مولى أبدعته فطرته

Et jura Domini, quæ noviter produxit creatio hujus? حق חק *jus*, *ſtatutum.* مولى *Rex.*

Dominus

ثم بسط يسره بعد ما اجتره
وقال انجز حر ما وعد
وسمح خال اذ وعد فنبذت
الدينار اليه وقلت خذه غير ماسوف
عليه

Dominus. Herus, a ولي *præfuit, adminiſtravit.* Habet adhuc alias notiones, quæ omnes pendent a primigenia poteſtate *pertinendi & ſpectandi* ad aliquem. *Mouley*, titulus principum in *Africa*, eſt مولي noſtrum. ابدع porro, 4. a بدع, eſt *novum & inuſitatum quid produxit, primus excogitavit & commentus eſt*, in bonum, in malum. Denique فطرة *creatio*, ſive *modus creandi*, a فطر *incepit, auſpicatus* eſt; *primum & recenter fecit quid*, ſpeciatim, *creavit, produxit.* Hæ notiones ortæ a *findendo.* פטר רחם *primogenitus* apud *Moſen*, proprie *auſpicium fiſſi primitus & aperti uteri.* Pulchra circumlocutio. Quum autem *Nummo aureo* hic datur فطرة *Creandi*, ac *e nihilo producendi* vis, quoddam quaſi *Numen* ei ineſſe dicitur.

لَوْلَا ٱلتُّقَى لَقُلْتُ جَلَّتْ قُدْرَتُهُ

Quod niſi pietas, ſane dicerem Maxima eſt potentia eius. Non *Reginam* videlicet tantum, ſed & *Deam Opt. Max.*. faciunt mortales *Sacram illam pecuniam.* Ellipſis, *ſi non Timor*, pro, *niſi Reverentia, pietaſque in Deum impediret.* تقي Verbum cum *The* radicali formatum ex 8. تقى وقي, *cavit, cuſtodivit ſe purum* ab omni inquinamento, unde اتقى *caſte purèque coluit Deum.* Hinc تقي *Timens* Deum, *abſtinens* ab omni malo. تقى & تقوى *Abſtinentia* a malo, *Timor* Dei. Hac *religione* præpediri ſe ait, quo minus dicat جلّت *Maxima eſt* potentia Nummi. Reſpicitur ad Epitheta ſummi Numinis عزّ وجلّ quæ Nomini الله ſolent annecti, ſolenne enim eſt Arabibus efferre الله تعالى, & الله عزّ وجلّ pro *Deus Optimus Maximuſque.* Illud جلّ diverſos habet ſignificatus, qui paulo longius deflectere videntur ab Hebræo. Utique *Magnus & illuſtris* fuit. Item *annoſus evaſit; exulavit*, & ali-

Deinceps manum protendit, poſtquam *eum extuliſſet*, & *Repræſentat*, inquit, *ingenuus* quod *promiſit*, & *pluviam fundit nubes*, *poſtquam intonuit*. Projeci itaque illi denarium, dixique, Capias eum haud quaquam *invito animo donatum*: quem

alia, parum reſpondent τῷ *volvere* quod eſt in גלל. Ut tamen Hebræis בגללך eſt *propter te*, ſic Arabibus مـن جلالك, & مـن اجلالك *Reſpectu tui*. Iterum ut Hebræis גלל eſt *ſtercus globoſum* animalis, ſic noſtris جـلـة & verbum جـلّ *Collegit ſtercus* camelinum. Utrumque a *volvendo* derivandum. Jam vero *Volvuntur* ea fere, quæ *Molem* habent & *magnitudinem*; Inde ſuccreviſſe potuit poteſtas illa prima apud *Golium*; & *evolvuntur* e ſuis ſedibus qui *exultant*. Reliqua, ubi majus lumen nactus fuero, expediam.

بـعـد مـا انـجـده

Poſtquam extuliſſet eum, nempe *nummum*. نجـد *manifeſta*, *clara fuit res*, נגד, item *med. dam. animoſus*, *ſtrenuus*, *magnanimus fuit*. נגיד نجـيـد *Fortis*, *ſtrenuus* & *animoſus princeps*. In 4. *extulit in altum*, quæ notio hic poſſet aptari, ut *Abuzeidus* dicatur *Nummum* ſibi promiſſum *laudibus extuliſſe*. Eſt tamen aliud, quod ſuppeditat formula انجد دعوته *promtiſſime reſpondit vocationi*, vel *provocationi ejus*; unde convertere malim, *deinde manum protendit*, *poſtquam tam promte reſpondiſſet provocanti*. Hebræis הגיד *indicavit*, *demonſtravit*, *ob oculos poſuit*. Origo a נגד *coram*. Id autem *coram* ab *eminenti*, *elatoque* atque *ante oculos verſanti*, quæ eſt proprietas, & princeps poteſtas thematis نجد.

أنجز حر ما وعد وسح
خال ان رعد

Repræſentat ingenuus quod promiſit, & *pluviam fundit nubes quum tonuit*. Duæ ſententiæ, quarum alia ſimpliciter, alia figurate enunciata, eundem feriunt ſcopum, nemini non patentem. نجز *perfecta* fuit res, promiſſio *repræſentata*; in 4. *promiſſa exhibuit & complevit*. حـر חר *Liber ingenuus*, ſupra illuſtratum. وعد eſt יעד. سـح *effudit largiore fluxu*, cujus derivatum سـحـوح pro epitheto *Nubis* ſubſervit, *quæ pluviam largiter fundit*, atque etiam abſolute poteſt uſurpari. خـال proprie eſt *diſpoſitio nubis ad pluviam fundendam*, *borumve*

عليه ووضعه في فيه وقال بارك اللهم
عليه ثم شمر للانثناء بعد
توفية الثناء فنشات لي من فكاهته نشوة
غرام

numve pluviæ *omen*, ûnde partim *nubem* ipſam, partim *fulgur* deſignat. *Scholiaſtes* خال exponit

سحاب يخيل لك ان فيه مطر

Nubem qua te facit imaginari, ineſſe in ea pluviam. Nempe per *tonitru* & *fulmen*; nam Radix خال med. *je*, *imaginatus fuit*, in 2 *conj.* exponitur *tonitru ac fulmine prævio pluviam præmonſtravit ac promiſit nubes.* In 4. habes اخال *Reſpexit ad ſpeciem rei*, pecul. *Vidit ad pluviam eſſe diſpoſitam nubem.* Pulcra etiam locutio, اخال

به خالا من الخير

Conſpexit in eo indicium, ſignumque boni, id eſt *indolis ac virtutis præclaræ.* Vides hinc cur خال etiam declaretur *apparens bonum*; & quo ſenſu خيل ſit, *De quo bona concipitur opinio*, aut *cujus bona apparet diſpoſitio*, ad omne genus officiorum, *ſtrenuus*, *liberalis*, *bonus opum adminiſtrator* &c. &c. quales Hebræis erant אנשי חיל. Alias convenientias Hebræi חיל cum خيل Arabum alibi exequar. Ultimum رعد, רעד, *tonuit*, ſupra quoque declaratum, & *tonantis Nubis* emblema, in *liberali pollicitatore*, expoſitum.

خُذْهُ غَيْرَ مَأْسُوفٍ عَلَيْهِ .

Cape illum libenter a libenti. Id forte acuminis captavit *Haririus.* مأسوف *part. paſſ.* 1. ab اسف *doluit*, *triſtitia affectus fuit.* Confert *Golius* עצב *Hebr.* & *Chald* עצבא. Sed cur non potius אסף ipſum? ſignificatu illo ſecundario *triſtitiæ* quem ſumere poteſt, quatenus dicitur נאסף שמחה וגיל *Eſaj.* 16:9. Vulgo *ablata eſt lætitia & exultatio.* Elegantius *obſcurata eſt*, & *condita* veluti *nube*, prout *ſol* dicitur אסף *colligere*, *retrahere domum*, & *condere*, atque *obſcurare lumen ſuum.* اسف ergo Arabibus *nubilum vultum* hinc percommode exprimet, partim *triſtitiæ*, partim *iræ* & *indignationis* indicem: jam vero غير مأسوف عليه ad verbum ſonat, *ſuper quem nemo triſtatur*, nempe *noſtrum*, neque ego *donans*, neque tu *donatus.* Poſſis & laxiore ſenſu habere pro epitheto *Nummi*, quem mortales omnes *exporrecto vultu excipiunt*, *conſpiciuntve*. Prius malim.

وقال

quem ille ori ſuo inditum *ſolenni benedictionis formula* adfecit. Dein *accinxit ſe* ad *diſcedendum*, poſtquam *cumulate gratias egiſſet*; atque *ſuborta* mihi fuit ex *facetiis* ejus *ebrietas*

X

وَقَالَ بَارَكَ اَللّٰهُمَّ عَلَيْهِ

Et dixit; Benedicas, o Deus, illi. اللهم *Golio* videtur ortum ex אלהים. Poſſet etiam ſingulare eſſe, cum م ſervili, ut in ادنم &c. &c. Uſurpatur plerumque in votis. Eſt etiam jurantis, ut *Abulphar.* 182. اللهم نعم *Per Deum, ita eſt.*

ثُمَّ شَمَّرَ لِلْاَنْثِنَاءِ بَعْدَ تَوْفِيَةِ ٱلثَّنَاءِ *Tum accinxit ſe ad diſcedendum, poſtquam cumulate gratias egiſſet.* Plena phraſis eſt شمر ذياه *Laciniam ſuam ſuſtulit* aut *ſubſtrinxit*, quæ crebro occurrit in *Hiſt. Tam.* Ut p. 14.

فشمروا ذياهم وتركوا في مكان خيلهم واستعملوا في تنيل مرادهم ليلهم

Et ſubſtrinxerunt laciniam ſuam, relictiſque certo in loco equis, adhibuerunt, ad exſtruenda deſtinata, noctem ſuam. Et p. 95. وشمر للغسان ذياه *Et ſubſtrinxit ad graſſandum laciniam.* Et p. 213.

فليشمر للقرار او للغرار الذيل

Itaque ſubſtringat vel ad ſtandum, vel ad fugiendum, laciniam ſuam. Nempe etiam in *fuga* uſurpatur illa *ſubſtrictio laciniæ.* Sic *pag.* 136.

وشمر للهزيمة ذياه

Et ſubſtrinxit ad fugam laciniam ſuam. Adde pag 56. &c. Dicitur etiam شمر عن ساقه *ſubſtrinxit a crure ſuo* vel *tibia*; ſupple *laciniam.* Egregie *Tebrizius* ad *Hamaſa.* العرب تضرب المثل في كشف الساق وذلك ان الرجل اذا اراد ان يمارس امرا شمر ذياه *Arabes proverbialiter uſurpant Nudationem tibiæ; quia quum quis aggreditur opus aliquod, ſubſtringit laciniam ſuam.* In *Hiſt. Dyn.* p. 376. extat, quod & anſam, & vim figuræ indicet, *Quumque tanta ſibi arrogaret, in minimis etiam eorum, quæ tractabat, deficiebat, prout poeta ait.*

malæ ينشمر

غرام واستهلت علي ايتناف .اغترام فجردت اخر وقلت هل لك ان تنمه

يشمر للج عن ساقه ويغمره الموج في الساحل

Subſtrinxit quaſi profundum ingreſſurus, a tibia,
At obruit eum fluctus ipſo in litore.

Hinc porro abſolute شمر *ſtudio ſui, diligens, promtus, expeditus fuit. Feſtinavit. Accinxit ſe, ſuccinxit ſe*, ſive *ad agendum*, ſive *ad cavendum*. Atque hæc quidem videtur antiquiſſima indoles τῦ שמר, ut in *Originibus* latius exequar, conſenſu concentuque utriuſque Linguæ idoneis exemplis evicto.

فنشأت لي من فكاهته

نشوة غرام *Et orta mihi eſt ex facetia ejus ebrietas malæ cupidinis.* A فكه *feſtivus, facetus, fuit*, eſt فكاهة infin. *ſuavitas expromta jocandi.* نشوة eſt *act.* verbi نشا ult. *Vav & je, percepit auram odoremve* rei, ſpeciatim *vini*, unde 5. ſignif. *Vino captus fuit, ebrius evaſit*, flore Liberi videlicet largiter adflatus. Transfertur etiam نشي ad *explorationem* nuncii, alteriusve rei, quæ ſit quaſi *aura naribus tracta, Odoreve percepto.* Hæc eſt Origo *Hebræi* נסה, in *tentando, explorandoque* pertriti. Apud Arabes forma نشيان conſedit *in eo qui explorat*, ac *pertentat nova*; ut forma نشوان *in eo potius, quem odor vini adflavit inebriavitve.* Hinc *ebrietas malæ cupidinis*, نشوة غرام, poſita pro *inconſiderata & nimis cupida largitione.* Eſt nempe غرام *affectus animi nimis cupidi deditive.*

حب لازم معذب للقلب

Amor adfixus, & diſcrucians cor. Radix غرم *obſtrictus, obnoxius, obæratus fuit.*

واستهلت علي ايتناف

اغترام *Et apparuit ſuper me auſpicium obærationis.* Clarius explicat mentem ſuam. اغتنام ab eadem rad. غرم in *inf.* 8. jam notat *æris alieni contractionem*, & quidem *nimiam*, ſive *obærationem* cum *pœna* fere conjunctam, & *delecore*, Apud *Golium* hæc habes in 4. tan-

malæ cupidinis, & *prima auſpicia ſenſi æris alieni contrahendi. Prompſique* ei *alterum*, & dixi, num tibi quo *vituperes* eum,

tantum Conj. Nempe nulla Lexica complecti valeant, quicquid uſus admiſit. ايتناف etiam eſt *inf.* 8. ab انف, qua valet سبق *anterior fuit*, notione ducta a *naſo*; in 8. ايتنف *a principio, de novo, primum aliquid aggreſſus fuit. Auſpicatus eſt aliquid.* استهلت eſt 3. *fœm. pret.* 10. ab هلّ *apparuit, ſplendere coepit* luna. הלל. In decima *conj.* eleganter adhibetur ad φάσεις ut ita dicam, & *primas apparitiones* rerum, eſtque hæc periodus perquam venuſte ac graviter tornata, *Apparuit ſuper me & conſpecta fuit, auſpicatio prima gravis obærationis*, qui veluti *inebriatus, faſcinatuſque dulci cantu*, crumenam liberaliſſime ſolverim &c. &c.

فَجَرَّدتُ آخَرَ

Et expromſi alium nummum. Proprie, *ſtrinxi, evaginavi.* Solenne eſt جرد السيف *Deſtrinxit gladium*, unde *Algazalius* eleganter extulit جرد عزمه *deſtrinxit propoſitum ſuum*, ſive *aciem conſtantis ſui propoſiti.* Elegantius adhuc *Hariri* tranſtulit ad *nummum e crumena*, tanquam *e vagina eductum. Francia* eundem floſculum novit, in *degainer, vagina promere*, & *rengainer, vaginæ reddere.* Inde dicitur; *Triparcus eſt; non amat evaginare*, pro *nummos promere*; *Il n' aime point a degainer.* Notio primaria rad. جرد eſt *deſtrinxit folia ac corticem, decorticavit.* Hoc eſt גרד illud *Jobi*, qui non *Scalpſit* tantum cutem ſuam *teſta*, ſed & *decorticavit* quaſi ac *deſtrinxit*, ita ut ſimul *abraſio* fiat, & *decorticatio*.

هَلْ لَكَ أَنْ تَذُمَّهُ ثُمَّ تَضُمَّهُ

Eſt ne Tibi ut vituperes eum, deinde recipias eum. Non injucunda *Paronomaſia* eſt in تذم & تضم. Prius eſt *fut.* 1. a ذم *vituperavit*; poſterius item *fut.* 1. a ضم *contraxit in ſe, conſtrinxit*, unde *Abulphar.* p. 162. ضمه اليه *recepit illum ad ſe*, qui uſus hic etiam ſe exerit.

وَأَنْشَدَ مُرْتَجِلاً وَشَدَى

عَجِلاً *Cecinitque extemporaneo verſu, ac canora voce promte recitavit.* مرتجل part. 8. a رجل *ſuper pedibus abſtitit.* Inde ارتجل *ex tempore dixit*, op ſtaande voet. شدى *Propulit* camelum, *in curſumque egit*; id fit plerumque *cantu*, unde ſuccrevit vis *canora* alta-

تذمه ثم تضمه وانشن مرتجلا وشدي عجلا

تبا له من خادع ممانق *
اصغر ذي وجهين كالمنافق

يبدو

وكان ابوه. *bulph.* Ut p. 408.
يشدو شيا من الحكمة

Et pater ejus aliquid de philoſophia didicerat. Appoſite; nam locum habet in parum doctis; *decantarat* aliquid ut pueri ſolent ſub ferula. In *Nawabig*.

altaque voce recitandi carmen; e quo fonte *Eccl.* 2:8. שרה ושרות explicari poſſe viſum præſtantibus viris. Nobis aliud de obſcuris iſtis vocabulis ſedet. Eſt adhuc tertia notio τῦ شدا *Literas & elegantius quid didicit ab aliquo.* Videtur ductum a *recitando* & *decantando*, quum cirrata puerorum turba *reddit dictata ſua.* • Crebro utitur *A-*

ما من داب في الادب ادبا *
كمن بدا فيه وشدا *

Non qui exercet ſe in Literis jugiter,
Ut qui incepit tantum, & decantavit aliquid.

Recte ibi *Zamachſjari.* شدا من العلم اخذ طرفا منه *decantavit de doctrina, eſt, particulam inde percepit.*

تَبًّا لَهُ مِنْ خَادِعٍ مُمَانِقٍ

Male pereat deceptor ſimulans. Imprecandi formula تبا له *amputentur ei manus*, ad conſ. 1. explicita. خادع *part.* a خدع *feſellit*, eſt *verſipellis deceptor.* Uſurpatur etiam ſpeciatim in *nummo acciſo*, & *juſtum pondus non habente.* Quum autem in *Nummum* hæc faba cudatur, non quidem directe nunc vim illam reſpexit noſter, ſed tamen illuc alludere voluiſſe videtur; quaſi diceret, vulgo quidem خادع *fallacem* vocamus *nummulum*, qui *acciſus* & *arroſus* eſt; e-

go

eum? ut deinde *auferas*, & cecinit haud *præmeditatus*, & canora voce hæc e veſtigio fudit

Male pereat deceptor ille ſimulans,
Flavus, duplici fronte præditus, ut hypocrita.

X 3 Qui

go vero etiam *probiſſimum* voco *fallaciſſimum*. مماذق eſt *part.* 3. a مذق *aqua diluit* vinum, lac. Inde aſſumta notio *amoris haud ſinceri*, *fucati*, *infuſcati*, *diluti*, *mixti*, *ſimulati*. Apud *Golium* hoc *part.* 3. comparet quidem, legendum quippe مماذق, pro impreſſo منامق, ſed *conjugationis* ipſius nulla mentio. Ejus formam infinitivam reperio in *Arabsjadis* opere *MS.* بان تكون المصادقة خالية عن المماذقة *ut eſſet mutua amicitia vacua omni ſimulatione.* Probe obſervandus etiam uſus τῶ من, quo من خادع *de deceptore*, eſt *deceptor*, qualiter dicunt ما جاءني من احد *Non venit mihi de uno*, pro, *ne unus quidem.* In *Alcor. Sur.* 40:22. ما كان لهم من الله من واق *Non eſt ipſis a Deo de protectore*, id eſt *protector*. Ibid. verſ. 35. ما لكم من الله من عاصم *Non eſt vobis a Deo de defenſore*. In Bibliis idiotiſmus etiam occurrit.

أَصْفَرُ ذي وَجْهَيْنِ كَالْمُنَافِق *Flavus, duplici fronte præditus, ut hypocrita.* Perfacete, & duplici cum aculeo. اصفر *Flavus* nummus aureus cur dicatur, quilibet cernit. الاصفران *Duo flaviora* ſunt *aurum*, & *crocus*, etiam in communi lingua. Item الصفراء *form. fœm. flavius* eſt *aurum* abſolute. Sed vide jam quid acuminis ſubſit. بنو الاصفر *Filii flavi*, ſunt *Græci*, eorumve *Reges*. Semet ipſos vocitant *Arabes* الاسود *Nigros*, ut revera multum de *Æthiope* trahunt; *Europæos* colore noctis non tinctos contemtim الاحمر *Rubros*: *Græcos* vero الاصفر *Flavos*. Intellige ſis *Græcorum* nomine الروم *Romanum* in Oriente *Nomen & imperium*, cum quo *Saracenis* & *Arabiæ* bellum internecivum. Sic الاصفر eſt *invidioſum* ſimul & *inimicum*, eaque ſub emphaſi nota *Flavi* nunc *Nummus* noſter inuritur. Additur

ذو

يبدو بوجهين لعين الرامق *
زينة المعشوق ولون العاشق *

وجهه

ذو وجهين *Dominus duarum facierum.* Qui id *proprie* conveniat *Nummo*, adverſum averſumque ſignato, nemini non obvium. *Improprie* gerit *duas facies*, *verſipellis*, *fallax*, *hypocrita*. Ipſe id declaravit per كالمنافق *ſicut hypocrita*. Eſt *part.* 3. a نفق *prodiit*, *exiit* præſertim *e latibulo mus campeſtris*, *Sapiens* illa, ut *Comicus* ridicularie ait, *beſtia*

*Ætatem quæ uni cubili nunquam committit ſuam.
Quia ſi unum oſtium obſideatur, aliud perfugium gerit.*

ſuffodit ſibi nempe cuniculos, crebro exitu, ad omnem ventum, præditos, ut ſi ab uno foramine ac latere impetatur, ex altero elabi queat. Inde نافق *exiens*, *exitor*, eſt *mus campeſtris* ille, يربوع *quadrator* alias dictus, quia ad *quatuor* fere *coeli plagas* foramina ſua diſponit. *Foraminum* diſtincta nomina dabit *Boch. Hieroz.* I. p. 1012. Præcipuum eſt نافقا Hinc anſa ſumta ad *Hypocriſeos* ſignificationem formandam ſub 3 *conj.* quæ exponitur *modo hoc modo illud profiteri in religione.* Non placet *Damirius* apud *Boch. Munaphik* appellatum eſſe *hypocritam*, *quia fidem habet extrinſecus, ſed intrinſecus infidelitatem, prout muris campeſtris domus exterior quidem terra eſt, ſed interior, Cava.* Frivolum acumen. Nos proverbialiter dicimus, **Hy is voor een gat niet te vangen/** in *Vafro*, & *ſubdolo*. A *mure campeſtri* ductum dictum. Sic Arabibus منافق *omnis Vafer & ſubdolus*, *muris campeſtris ritu ad unum foramen haud capiendus.* Speciatim *hypocrita*, *fidem Muhammedanam oſtentans*, quum *infidelitatem in pectore foveat.* Novatum eſſe ait *Algiahid* apud *Boch.* p. 1012. nec ante *Muhammedem* ſub *Gentiliſmo* notum. Cum grano ſalis id capiendum, quatenus nempe hac nota adficiebant tempore *Muhammedis* illos, qui ad *Gentiliſmum* relapſi fuere, quum *Muhammedem* aliquamdiu ſectati fuiſſent. Vis tamen *Vafri* & *ſubdoli hypocritæ*, ſenſu illo lato & generali, haud dubie eſt antiquior; quod monendum duxi; quia minus exercitati hic poſſent impingere. Sic ὑποκρίτης novum eſt vocabulum, cum

Chri-

Qui duplici ſub forma ſe oculo contemplantis ingerit,
Specie pulcra amaſii, Colore item amatoris.

Cujus

Chriſtianiſmo introductum; non tamen tum natum, quum & longe antea *ſimulatorem* ſignaverit.

يبدو بوصفين لعين الرامق

Apparet duplici ſub forma oculo intuentis. رامق part. præſ. a رمق *intuitus eſt*, Spec. *leviore intuitu*, & contra quoque *acriore* ac *continuo.* Prima radicis notio, quæ copulare poſſet, atque in concordiam revocare, diſſidentes uſus, mihi necdum ſatis perſpecta. Ad eam veſtigandam conferri debet رنق, cujus *inf.* 2. ترنيق notat partim *continuum in remque defixum intuitum*, partim *viſum imbecilliorem.* Sunt & alia utrique themati communia, quæ ſuſpicor pendere a primitivo *vibrare.* Nempe *vibrat oculus acri intuitu fixus* in aliquid, idemque *vibrare* dici poteſt, quum *leviter* tantum *micat*, & *viſu ſtringit* aliquid. Ex eodem *vibrandi*, *coruſcandive* fonte, ſive ex noſtro Flikkeren/ reliqui ſignificatus percommode deduci queunt. Exempli cauſa, رمق العيش *extremus vitæ ſpiritus*, een Flikkertje levens/ perpulchra figura; unde in Poematio *Ibn Doreid* ex 2 Conj. eſt ارمق العيش *vix extremum vitæ halitum retineo.* Idem رمق alio reſpectu eſt *pigmentis figmentiſve fucavit* quid. Door Flikkeren. Alia alias.

زينة المعشوق ولون

العاشق *Specie pulcra amati, & colore amantis.* Lepide وصفين duos diverſiſſimos habitus pingit, quos præfert *Nummus aureus*, cui ineſt & *nitens ſplendor* atque *pulcritudo*, qualis eſt *pulchelli amaſii*, & *pallens flavedo*, qualis eſt *amatorculi.* عاشق *Amans*, & معشوق *Amatus*, participia ſunt τῦ عشق *amore flagravit*, peculiariter apud *Poetas.* عشق *Amor vehemens, quo cor flagrat & quaſi ægrotat.* Nihil de Origine hujus poteſtatis in Lexicis. En tibi eam a *Teblebio* erutam.

العشق فرط الحب وسمي
العاشق عاشقا لانه يذبل
من شدة الحب كما
يذبل العشقة اذا قطعت

Iſhk eſt exceſſus amoris, & amator Aſchik dictus eſt, eo quod marceſcat præ vehementia amoris, ſicut marceſcit convolvulus, quum reſecatur. Nempe عشقة eſt *convolvulus, helxine*;

وحبه عند ذوي الحقايق *
يدعو الي ارتكاب سخط الخالق *
لولاه لم نقطع يد سارق *
ولا بدي مظلمة من فاسق *

ولا

Veritas, cujus radix حق חקק. ذوي الحقايق *Domini Veritatum*, ſolenni locutione Orientis, ſunt اهل الرشد والعلم الذين ينظرون ما في الدنيا بعين الحقيقة *Præditi recto judicio & ſcientia, inſpicientes illa quæ in mundo ſunt, oculo veritatis*. Pulcher uſus τȣ̃ ذو حقيقة extat in *Hamaſa*, ubi *Gladius* Bellatoris ſtrenui vocatur

belxine; quæ ad inſtar *hederæ implicat*; Unde malim ab ipſa illa *implicatione* ductam metaphoram, qua *hederis ambitioſior* & *tenacior* amor arctiſſime illigat atque complectitur.

وَحُبُّهُ عِنْدَ ذَوِي ٱلْحَقَايِقْ

Et ámor ejus apúd poſſeſſóres veritatum. A ذو זה *Dominus poſſeſſor*, cujus naturam ſupra vidimus, in *plurali* eſt ذوون, cujus *Genit*. ذوين in ſtatu *Conſt*. hic occurrit. حقايق eſt *plur. fr.* ab حقيقة

صارم ذو حقيقة

Sector, Dominus veritatis

المراة والجارة والمال وغير ذلك وتسمي الراية حقيقة *Appellatur* הקיקה *quicquid incumbit alicui, tanquam verum ac juſtum, ad defendendum: ietrantque in hanc vocabuli notionem: Mulier, Muliebria; opes, aliáque ejuſmodi: etiam Vexillum vocatur* חקיקה.

Id eſt, non *mendax* quaſi *in ſecando*. Ad pleniorem etiam intelligentiam linguæ faciet docta *Tebrizii* nota, ad alium poetæ locum, ubi حقيقة pro *Vexillo* ponitur.

الحقيقة ما يجب علي الانسان ويحق عليه ان يحميه فيدخل في هذا اللفظ

يدعو

Cujus amor, judicio veritatem rite tenentium, o
Vocat ad indignationem Creatoris laceſſendam temere.
Abſque eo ſi foret, non furtiva amputaretur manus,
Nec injuria graſſaretur improbi.

Y *Nec*

يدعو الي ارتكاب سخط . الخالق *Vocat ad ſubeundam indignationem Creatoris.* Verbum دعا, in *fut.* I. يدعو, *vocavit* ſæpe valet *impulit*, *inſtigavit.* ارتكاب eſt *inf.* 8. a ركب רכב *vectus fuit. inſedit.* &c. &c. Grandi figura hic effertur ارتكب سخط *Conſcendit* quaſi & *inſedit indignationem* ſummi Numinis, anſa ſumta a phraſi ركب الاثم *conſcendit crimen*, pro *aggreſſus eſt. patravit.* Ejuſdem generis eſt ركب هواه *conſcendit Cupidinem ſuam;* & ركب راسه *inſedit caput ſuum*, pro *cupiditatibus ſuis ſe auferendum permiſit.* Venuſta perquam locutio quoque ركب مسحله *Conſcendit Limam ſuam*, pro, *invectus eſt ſuper Lingua limata ac promta quaſi, fortiter & facunde perorando.* Alia complura amputo, & finem facio in proverbiali formula ركب جناحي النعامة *Conſcendit alas ſtruthiocameli*, في خفة العدو *in levitate currendi, agendive*,

لَوْلَاهُ لَمْ تُقْطَعْ يَدُ سَارِق *Niſi is foret, non amputaretur manus furis.* Prima vox e tribus conflata, لو *ſi*, لا *non*, ه *is*. تقطع eſt *fut. paſſ.* per *apocopen*, a قطع קטע *ſcidit*, *ſecuit* &c. &c. Unde formula imprecationis قطع الله يدك *Reſecet Deus manum tuum.* Pœna furti trita in Oriente.

وَلَا بَدَتْ مَظْلَمَةٌ مِنْ فَاسِق *Nec exiſteret oppreſſio a prævaricatore.* بدت eſt 3. *ſam. præt.* a بدا *ult. vav*, *apparuit*, *extitit*, *exortus eſt.* A ظلم *oppreſſit violenter*, eſt مظلمة *vexatio*, & *injuria omnis.* Prima thematis poteſtas quærenda in *obſcuro* & *tenebroſo*, unde צלם proprie eſt *adumbrata imago* rei צלמות etiam a viris apprime doctis ad radicem צלם pertinere judicatur. فاسق *part. praeſ.* a فسق *praevaricatus fuit. Improbe egit. Exivit e cortice* maturus dactylus. Poſterior illa notio principe loco fuiſſet ponenda, quum *improbitatis* inde poteſtas emerſerit; monente etiam *Teblebio* meo

الفا

ولا اشمانر باخل من طارق *
ولا شكا المطول مطل العايق *
ولا استعين من جسون راشق *
وشر ما فيه من الخلايق *
ان ليس يغني عنك في المضايق :
الا انا

العاسق الخارج عن الطاعة وهو من قولهم فسقت الرطبة اذا خرجت عن قشرها وفسق عن امر ربه اي خرج

Appellatur פושק *qui exit ex obedientia* Deo debita; *idque ex eo quod dicant* פשקת אלרטבה *dactylus exivit e Cortice ſuo*; *ſimiliter* פשק ען אמר רבה *defecit a mandato Domini ſui*, *ſive transgreſſus eſt*. Contonat פושק duobus in locis tantum ſuperſtes; ex quibus quam parum de radicis totius indole indicari queat nemo non ſentit. *Divaricare* exponitur; nec male: ſed imago *dactyli e cortice erumpentis* mirum quantum & vim, & venuſtatem duplicis contextus adjuvabit *Prov.* 13:3. *Eſech.* 16:25.

وَلَا اشْمَانَرَ بَاخِلٌ مِنْ طَارِق

Et non cohorreſceret avarus a nocturno adventore. اشمانر eſt 4 *conj.* Verbi quadriliteri شمانر, quod productum ex triliterb شمر, cujus تشمر eſt *contractus fuit vultus.* Eſt autem اشمانر noſtrum patentiſſimi uſus in *horrore*, *pavore*, *contractione* vultus, cordis &c. &c. *Alcoran. Sur.* 39:46. اشمانرت قلوب *Contracta ſunt, & corrugata* quaſi, *corda*. Sequens باخل *avarus*, a بخل *parcus & tenax fuit*. Primitiva vis latet: inde pendet accuratior explanatio. בחל *Zach.* 11:8. Ultimum طارق, a طرق *noctu venit*, ſignat *hoſpitem nocturnum*.

وَلَا شَكَا ٱلْمَمْطُولُ مَطْلَ ٱلْعَايِقِ *Et non quereretur prorogatus creditor prorogationem tricatoris.* مطل proprie eſt *cudit*, *procudit* ferrum. Inde *extendit in longum*. Speciatim *procudit*, & mille artibus *prorogavit ſpatium ſolvendi* æris alieni. عايق eſt *part. praeſ.* a عاق *med. vav*, *diſtinuit*, *impedivit*, &c. &c. Intelligitur hic

loci

Nec a nocturno hoſpite avarus cohorreſceret.
Nec tricatorum moras quereretur diu eluſus creditor.
Neque averruncaretur invidus oculo emiſſitio.
Sane quam peſſimis eſt moribus,
Quod tibi in anguſtiis nil profuturus ſit,

Y 2 *Niſi*

loci *Tricator nummarius, ſolvere lentus*, ut *Lucilius* ait.

وَلَا أُسْتُعِيذَ مِـــنْ حَسُودِ

رَاشِقٍ *Neque ad Deum averruncum confugeretur ab invido*, malo oculo *petente.* Thema عـــان, media *Vav*, eſt *Confugit a mala re ad averruncum* Deum; nempe ſub formula معاذ الله מעת אלוה *Robur Dei*; *Refugium Dei: Prohibeat & averruncet Deus.* In Sacris מעת ſic quoque uſurpatum; paucique illi loci ubi מעץ occurrit, plurimum lucis foenerantur ex Arabum عــان. *Conjug.* 10. اسـتـعـان eandem obtinet vim, quam prima. Ejus paſſ. forma a *Scholiaſte* ſpeciatim declaratur

قـــري عـلـيـه المعوذتين

Legerentur contra illum duæ averruncatrices Suratæ. Sic vocant *Alcorani* duo poſtrema capita, quæ incipiunt ab اعـوذ *Confugio ad Dominum.* حَسُود *invidus*, eſt *forma* فَعُول, agentis poteſtate, ab حسد *invidit.* راشق eſt *part. praeſ.* a رشق *petivit vibrata ſagitta.* Transfertur ad *oculum malum*, *faſcinatorem*, *invidum.* Pulchre *Teblebius* راشق

اي عـايـــن مصيب بالعين
واصل الراشق الرامي بالسهم
فجعل الذي يصيب الناس
بعـيـنـه كانه يرشقهم بسهم

Raſchik notat hic, malo oculo petentem, eſt autem in origine, jaculans ſagittam: facitque eum, qui homines oculo invido petit, tanquam ſi in eos jacularetur ſagittam.

وَشَرٌّ مَــا فِيهِ مِنَ ٱلْخَلَايِقِ

Sane quam peſſimum eſt quod eſt in eo de moribus. Sic ſtructura ad verbum ſonat. خلايق eſt *plur. fr.* a خليقة *natura, indoles, quicquid a natura inditum.* Thema خلـق *formavit, creavit, finxit.* Notio eſt ſecundaria, ducta a principe illa quæ eſt in חלק *glaber, lævis, politus fuit.*

ان

الا اذا فر فرار الابق *
واها لمن يقذفه من حالق *
ومن اذا ناجاه نجوا الوامق *
قال له قول المحق الصادق *
لا راي في وصلك لي ففارق *

فقلت

أَنْ لَيْسَ يُغْنِي عَنْكَ فِي الْمَضَايِقِ *Quod non reſpondeat pro te in anguſtiis.* Hæc vis & proprietas verbi divitis غني, ſuperius jam conſtituta eſt. مضايق eſt *plur. fr.* a مضيق מצוק, מציק, *locus anguſtus, difficile negotium.* Thema ضاق ציק, צוק, *anguſtus, arctus fuit.*

الَّا اذا فَرَّ فِرَارَ الآبِقِ *Niſi quum aufugerit fuga fugitivi*, ſuavis luſus in ancipiti notione vocis آبق *Fugiens*, in *part. præſ.* ab أبَق *ſubduxit ſe & abdidit* fugitivus. *Fugientis* autem appellatione adficitur tum *fugitivus nequam*, tum *argentum vivum*. Utrumque pervenuſte adaptatur *Nummo e manibus elabenti.* Alluditur præterea ad alterum nomen *Mercurii*, quod eſt فرار, a فَرَّ, itidem *aufugit.*

وَاهًا لِمَنْ يَقْذِفُهُ مِنْ حَالِقِ *Papæ illum, qui deturbarit eum de præcipitio.* وَاهًا eſt laudantis & admirantis vocula. *Eugæ*, *Papæ*, *O præclarum* virum. حالق proprie eſt *part. præſ.* ab حلق *raſit*, quam ſignificationem ortam exiſtimo a חלק, quatenus *glabrum* exprimit. *Radentis* nomine autem inſignitur in genere quicquid *acutum*, & *radere aptum*: in ſpecie *mons prominens acutus.* جبل املس. *Teblebius* aliter originem deduxit حالق اي جبل عال املس قال ابو البقا الحالق المرتفع من قولهم حلق الطير في الهواء اذا ارتفع ودار كالحلقة *Halik eſt mons altus, glaber, auctor eſt Abulbeka Halik vim elati ſumſiſſe ex eo quod dicunt, Hallaka avis*

Niſi quum fugitivi ritu aufugerit.
Papæ Virum illum, qui nequam hoc mancipium e præcipitio deturbaverit.
Et qui ab hoc amatore ſecretis compellatus alloquiis,
Abſque fuco & fallaciis ei dixerit,
Haud placet tuum mihi conſortium: diſcedito.

Hic *in aëre, quum effert ſeſe, & gyros circuloſque facit.* Videtur autem *proverbialiter* dictum eſſe قذفه من حالق *dejecit eum de rupe*, pro *in maximam malam rem abire juſſit.*

وَمَنْ اذا نَاجَاهُ نَجْوًا

الوَامِق *Et qui, quum compellarit eum occulto alloquio amantis.* نَجْوَى actio τῦ نَجَي quatenus valet *communicare arcanum quid* alteri. In 3. ناجا *clanculum egit locutuſve eſt cum aliquo.* وامق part. præſ. a ومق *amavit.*

قَالَ لَهُ قَوْلَ المُحِقِّ

الصَّادِق *Dixerit ei, pro ut dicit Verus recto rigidus.* Themata حق חקק, & صدق צדק ſupra jam enucleata. Proprietatem ergo linguæ hic ob oculos poſuiſſe ſuffecerit محق eſt *part. 4 Conj.* حق, exprimens eum, *qui veritatem rei & certo dignoſcit, & libere profitetur.*

لَا رَأْيَ فِي وَصْلِكَ لِي

فَفَارِق *Non placet Conſortium tuum mihi: ac proin diſcedito.* راي *ſententia, beneplacitum*; a راي *vidit.* Arabiſmo ad verbum ſic exeunte, *non viſio in conjunctione tua mihi.* Id eſt *non video conjunctionem tuam mihi appetendam.* Hebræi quoque ſuum ראה ſic uſurpant.

مَا أَغْزَرَ وَبْلَكَ

Quam copioſus imber tuus! Id eſt ما اكثر بلاغتك *quam larga eloquentia tua!* Figura nota. اغزر eſt *compar.* a غزر *copioſe fluxit, abundavit.* وبل Proprie eſt مطر شديد *pluvia vehemens*, a وبل *copioſe & vehementer actus, effuſuſve fuit.* Hinc *Eſaj.* 30: 25. פלגים יבלי מים, non per *appoſitionem*, ſed *Rivi agmina aquarum volventes, copioſe & cum impetu fluentes.* Univerſa etiam radix יבל ad

فقلت له ما اغراك وبلك فقال والشرط املك ونفحته
بالدينار الثاني وقلت عوذهما بالمثاني فالقاه
في فمه وقرنه بتوامه وانكفا يحمد مغداه
ويمدح النادي ونداه قال الحارث
بن

ad hanc proprietatem *vehementius, effuſius, cum impetu, frequentiaque acti*, eſt revocanda; differuntque הביא & הוביל in eo, quod poſterius fere conſignet *adducere cum celebritate & pompa, inter effuſa & copioſa agmina.* Ex hoc fonte *Jubilæi* etiam latens adhuc etymon recludendum.

وَٱلشَّرْطُ أَمْلَكُ

At conditio pollentior eſt. Eſt formula proverbialis, quam enucleat *Teblebius* املك افعل التفضيل اي الزم واحق وهذا مثل من امثال العرب تضربه في الحث علي الوفاء بالشرط *Amlacho, eſt Aphalo ſuperlationis notans id quod magis neceſſarium eſt & juſtum: eſtque ex proverbiis Arabum, quod uſurpant, quum incitant ad præſtandam conditionem.* Radix eſt ملك *regnavit;* quaſi dicas *Conditio regnantior eſt.* Nil æque curandum, quam ut conditio præſtetur. شرط *conditio*, a شرط *ſtipulatus eſt, conditionem præfinivit.* Eſt ſecundarium, a primario *fiſſura incidit* aliquid, *nota impreſſa ſignavit.*

وَنَفَحْتُهُ بِٱلدِّينَارِ ٱلثَّانِي

Et adflavi eum denario altero, id eſt *donavi.* Vim & elegantiam locutionis ſic explicat *Teblebius* نفحته اي رميته واصبته باصابة خفيفة والنفحة من العذاب القطعة منه *Naphachtoho tantundem hic eſt ac jeci & tetigi illum tactu levi; nam & Naphcha ſupplicii eſt particula ejus.* Reſpicit phraſin *Alcorani* اذا مسّتهم نفحة من عذاب ربك *Quum tetigerit eos flatus de pœna Domini tui.* Id eſt vel *tenuiſſima particula & aura ignis pœnalis.* Eadem ſub figura, ſed in bonum, *adflare quem nummo, aura aurei nummi adficere*, venuſtiſſime formatum: Conferantur quæ ſupra latius deduxi de radice نفح.

Hic ego illi, quam *copioſus eſt imber* tuus! at ille; *conditio* tibi tua *præſtanda eſt: donavi* itaque illum *altero* hoc *denario*, dixique, *muni ambos verſiculis averruncatoriis Corani.* Conjecit autem illum in os ſuum, cumque gemello ſuo aggregavit. *Retroceſſit* deinde laudans *matutinum* ſuum *exitum*, & celebrans

نفح נפח, ejuſque diverſis uſibus.

عَوِّذْهُمَا بِٱلْمَثَانِي

Muni ambos verſibus averruncatoriis. عان *confugit ad Deum averruncum*, dat in 2. عوّن *fecit ita confugere*, unde forma noſtra *imperativa.* مثاني *plur. fr.* a مثني, *thematis* ثني שנה *iteravit*, quaſi dicas *iterationes*, ſive *iteratas lectiones.* Sic vocatur prima *Surata Alcorani*, quæ identidem inter precandum iteratur. Ea etiam pro *amuleto* utuntur. Senſus eſt; Deo gloriam eſſe tribuendam pro inſperato lucro, utque illud ſartum tectum eſſe velit, orandum.

فَأَلْقَاهُ فِي فَمِهِ وَقَرَنَهُ بِتَوْأَمِهِ

Et conjecit eum in os ſuum, & junxit eum gemello ejus. A لقي *occurrit*, in 4. *conj.* eſt القي *conjecit.* فم *Phem, Phim, Phum* פֵּם & פום *Cha'd.* eſt *os.* تَوْأَم *geminus* a rad. تأم *med. Hamz.* תאם, *ſocium habuit in partu*, & *gemellum.* In 4. اتأم התאים *gemellos peperit.* Intelligitur *gemelli* nomine alter ille aureus nummus, quo antea fuerat donatus. Hujus *plur. fr.* eſt توائم, unde in *Diw. Hud.* extat

جبل مشرف التوائم

Mons præcelſus gemellis.

Hoc eſt *gemino vertice eminens.* Fæminine etiam توأمة, unde dualiter *Hariri Conſ.* 7. ثم فتح

كريمتيه زرمرايا بتوامتيه

Tum aperuit duo pretioſiſſima ſua, id eſt, *lumina* oculorum, & *vibrando commovit gemellas ſuas*, id eſt, *pupillas.*

وَٱنْكَفَأَ يَحْمَدُ مَغْدَاهُ

Et regreſſus eſt, laudans matutinum exitum

ن همام فناجاني قلبي بانه ابو
زيد وان تعارجه لكيد واستعدته
وقلت له قد عرفت بوشيك واستقم
في مشيك فقال ان كنت بن همام فحييت
باكرام

exitum ſuum. A كعا *ult. Hamz. retro vertit*, eſt in 7. *retroverſus fuit.* A غدا *ult. Vav, mane venit*, eſt مَغْدَى *actio*, quod in *Golio* tantum comparet in figura, & proverbialiter ما ذرك من ابيه مغدي ولا مراحا *per omnia patri eſt ſimilis.* Ad verbum, *non relinquit patrem nec matutino exitu, nec reditu veſpertino.*

فَنَاجَانِي قَلْبِي بِأَنَّهُ أَبُو زَيْد
وَأَنَّ تَعَارُجَهُ لَكَيْد

Et inſuſurravit mihi cor meum eſſe hunc Abuzeidum; ejuſque claudicationem, eſſe fraudem. 3. conj. ناجا *clanculum locutus eſt cum aliquo*, ſupra ſemel iterumque viſum, a نجي *ult. vav & je.* بانه *in quod ille*, propric. تعارج *inf. 6.* a عَرَجَ *claudicavit*, præſertim *ex accidente aliquo.* لكيد habet *Lamed* Emphaticum, eſt autem كَيْد *Stratagema, fraus, dolus* a كان *med. je dolum ſtruxit.* Deſignat etiam *excuſſionem ignis quæ fit ignitabulo*, quam principem eſſe ſignificationem vix ambiget, qui formulas *excuſſi fomitis igniarii*, in principio hujus conſeſſus adductas, contulerit. Semel tantum in libro *Jobi* offert ſeſe כיד, hinc utique illuſtrandum.

وَٱسْتَعَدْتُهُ

Et rogavi eum ut rediret. Eſt 10. *conj.* a عاد *med. Vav, redit.* Apud *Golium* hæc *conjug.* exponitur, *petiit ut repeteret:* ſed latius patet; nam ut *Scholiaſtes* explicat, استعاد eſt استرجع وقال عد علي *petiit ut rediret, dixitque, redi ad me.*

قَدْ عَرَفْتُ بِوَشْيِكَ *Profecto agnitus es per pict m tuam eloquentiam.* وَشْي eſt *act.* Verbi وشي *pinxit coloravitque* veſtem, pannum. *Coloravit, fucavit, pinxit* orationem; partim in bonum, ut hic

brans *conciliabulum* & ejus *munificentiam*.. Dixit Harith Ibn Hemmam, *Clanculum ſuggeſſit* mihi cor meum, eſſe hunc *Abazeidum*, & doloſe claudicationem ab eo ſimulari. Et juſſi eum reverti, dicens ei, jam *pigmentis* orationis tuæ *proditus*

hic; partim in malum. Notat etiam وَشْيٌ *quod criſpum, formicans, & undulatum emicat in lamina enſis. Aureæ venæ nitelam*, aliaque, quæ profundius quid themati huic ſubeſſe indicant. Profundioris utique Originis eſt, quod وشاء ſignet *opulentiam, abundantiam opum*, quodque dicatur وشت الماشية *progenie abundavit pecus:* itemque in 4 *conj.* اوشي *abundavit opibus:* nec non, *prima plantarum germina edidit terra, primos fructus* palma. In 8. præterea انشي *a fractura coaluit os, & ſanatum fuit.* Hæc, & reliqua, a *Lexicographis* indiſcretim tradita, rite digeri, atque ad primævum fontem revocari merentur, ut inde Hebræorum שי & תושיה lucem uberiorem ſortiantur.

فَاسْتَقِمْ فِي مَشْيِكَ *Et recto pede incedas. Rectus eſto in ingreſſu tuo.* A قام קום *ſtetit, ſurrexit*, in 10. eſt استقام *ſe erexit in pedes.* Thema eſt copioſum & formulis prædives, quarum guſtulum percepiſſe juvabit, quodſi Bibliis etiam קום amplam teneat ditionem. قام الي الشي *ſtetit, ſurrexit ad rem*, pro *cœpit, aggreſſus eſt facere quid.* قامت الدابة *ſtetit jumentum*, pro *elanguit, defeſſumve fuit.* قامت الماء *ſtetit aqua*, pro *congelavit.* قام القتام *ſtetit pulvis, caligo* &c. &c. pro *denſior fuit.* قامت الشمس *ſtetit ſol* pro *ad meridianum culmen pervenit.* قام الحق *ſtetit veritas* pro *apparuit & effulſit.* قام الحرب *ſtetit bellum*, pro *ferbuit & flagravit vehementius.* قام السوق *ſtetit forum*, pro *calidum fuit ferbuitque.* Quæ & alia compluſcula, ad illuſtrationem ſacri Codicis facientia, in aliud tempus ſeponantur.

حُيِّيتَ بِاكْرامٍ وَحُيِّيتَ بَيْنَ كِرامٍ *Salutatus ſis honorifice; & Vivas inter honoratos.* Radix eſt חיה حَيَّ *Vixit*, in 2. حَيَّى eſt *creavit regem*; unde formula حَيّاكَ الله *Regno te beet Deus.* Notio orta a ſolenni acclamatione *Vivat Rex.* Eodem e fonte fluxit altera notio 2 *Conj. Salutavit.* In

باكرام وحييت بين كرام فقلت له إنما الحارث فكيف حالك والحوادث قال انقلب في الحالين بؤس ورخا وانقلب مع الريحين زعزع ورخا فقلت كيف ادعيت الغزل وما مثلك من هزل واستسر بشره الذي كان تجلي ثم انشد حين ولي

بعا

In *paſſiva* forma hinc habemus *Salutatus ſis*. Sequens اكرام eſt *inf.* 4 *conj. honore afficere*, a كرم. Ultimum كِرَام *plur. fr.* a كريم *honoratus, generoſus, nobilis* &c. &c.

أَنْقَلِبُ فِي ٱلْحَالَيْن بُؤْس وَرَخَاء *Verſatus ſum duplici in ſtatu, miſeriæ & laxitatis.* A قلب *convertit, verſavit*, 7. eſt انقلب, paſſivam vim exercens. حاليـن genit. dual. ab حال *flatus, fortuna.* بُؤْس *malum, miſeria*, a بَئِسَ *med. Eliph* באש *fœtidus, malus*, fuit; item *miſer & infelix*. رَخَاءٌ *Laxitas. Commoditas bono rum, amplitudo opum*: a رخا ultima *Vav.* & *je*, *Laxus, mollis flaccidus fuit.*

وَأَنْقَلِبُ مَعَ ٱلرِّيحَيْن زَعْزَع وَرَخَاء *& converſatus ſum cum duobus ventis, procelloſo, remiſſoque.* Ab eodem قلب in 5. تقلب eſt *converſari & degere.* زَعْزَع epitheton *venti procelloſi*, a زعزع *agitavit, concuſſit arborem.* Hebræis זעזע eſt *moveri, concuti*, cujus *Pihel* foret זעזע. رُخَاءٌ Itidem epitheton *venti remiſſi*, plena enim locutio eſt ريح رخاء quæ occurrit in *Epiſt. Ibn Topb.* p. 193. فارسل الله اليهم ريحا رخاء *Et immiſit iis Deus ventum laxum, remiſſum.* Figurate apud *Abulpbar.* pag. 555. extat رخاء لسائر الامن

tus es, *rectum itaque ingreſſum* libere *reſumas:* ille vero, ſi tu *Ibn Hemmam* es, quam *honorificentiſſime ſis ſalutatus*, & inter nobiliſſimos *longum Vivas.* Et ego, ſum equidem *Harith*, tuus vero quis ſtatus, quæ fortunæ? Tum ille, inter duplicem conditionem miſeriæ & laxitatis *verſatus ſum*, & *cum duplici vento vehementi* ac *remiſſo converſatus.* Ego iterum, *Quid claudicationem mentitus* es, quum *te*, quidem *tale haud deceat ludibrium?* Et *nubilum duxit nitida* facies ejus quæ *effulſerat*; averſuſque recitavit.

Z 2 Clau-

الامن و الامان *Lenes auræ ſecuritatis & fidei.* Sub figura etiam noſter enunciat, quod antea ſimpliciter poſuerat.

كَيْفَ ٱدَّعَيْتَ ٱلْعَرَجَ

Quomodo profeſſus es claudicationem? دعو ultima *vav*, *vocavit*, habet in 8. ادّعى *arrogavit ſibi*, *vindicavitque* aliquid. *aſſumſit*, *profeſſus eſt*, *præ ſe tulit* &c. &c. &c. عرج *Claudicatio* & quidem *deformis*, monente *Teblebio*. In principio *conſeſſus* hujus etiam occurrit.

وَمَا مِثْلُكَ مَنْ هَزَلَ

Et non ſimilis tui eſt, *qui ita ludat.* Id eſt, *haud decet te tam turpis luſus ementitæ claudicationis*: ita *Schol.*

ليس من كان مثلك

وعلى اخلاقك من

يرضى بهذا النقيصة

Non qui ſimilis tui eſt, *tuiſque moribus*, *placere ſibi poteſt in hoc dedecore.*

وَٱسْتَتَرَ بِشْرُهُ ٱلَّذِي كَانَ

تَجَلَّى *Et condidit ſe læta facies ejus*, *quæ reniduerat.* A سر in 10. exiſtit استتر *ſe abſcondit* Luna, *occidit* aſtrum, *delituit* aliquot noctibus. بشر *exporrectæ frontis ſolutio & hilaritas.* Radix بشر *læto nuncio exhilaravit*; cui ſupra aliquid lucis adſperſum. تجلى eſt 5. a جلي גלה *revelari. Reniděſcere* velo diſcuſſo.

تَعَارَجْتُ لَا رَغْبَةً فِي ٱلْعَرَجِ

Claudicationem ſimulavi, *non appetentia claudicationis.* A عرج *Adſcendit* per ſcalam, ſuccrevit porro vis *claudicandi*, unde in 6. تعارج *ſimulavit ſe claudicare.* Thema dignum quod penitius excutiatur,

atque

تعارجت لا رغبة في العرج ولكن لاقرع باب الفرج *

والقي حبلي علي غاربي واسلك مسلك من قن مرج *

فان لامني القوم قلت اعذروا فليس علي الاعرج من حرج *

atque ad Originem ſuam reducatur.

وَلٰكِنْ لِأَقْرَعَ بَابَ ٱلْفَرَجِ

Sed ut pulſem oſtium gaudii. Hoc eſt, ut *aditum mibi parem ad gaudium.* Crebro uſurpant Orientales باب *oſtium* rei, pro ejus *aditu*, *ingreſſuve.* In *Epiſt. Ibn Toph.* p. 193. eſt *Quærere veritatem* من بابه *ad oſtium ejus*; id eſt *ubi ea quærenda & adeunda.* Obſervandum & hoc *Abilphar.* p. 350. انفتح علي ابواب المعالجات المقتبسة من التجربة ما لا يوصف *Aperta mibi fuere oſtia curationum deſumta ab experientia, quæ numerari non queant.*

وَأُلْقِي حَبْلِي عَلَي غَارِبِي

Et projicio frenum meum ſuper gibbum meum. Prius eſt *fut.* in 4. a لقي *occurrit*, unde الغي *occurrere fecit, projecit, conjecit.* حبل *funis* חבל. غارب *peregrinator, gibbus* cameli, ut declaratum *Conſ.* I. Rem ipſam egregie expoſuit *Scholiaſtes, projicio frenum ſuper gibbum eſt vado quo, & quomodo, lubet;* وهو مثل مضروب تقول العرب حبلك علي غاربك اي انت مسيبة توجهي حيث ... ت وذلك ان الغارب مقدم ... سنام البعير والحبل زمام ... هم يربطون ركبة البعير ... بطرف زمامه واذا اراد ... رجل ان يسرح بعيره يرعي ... يث شاء حل طرف الحبل ... ن ركبته ورماه علي ظهره *Eſtque hoc proverbium protritum, dicunt enim Arabes, Funis tuus ſupra gibbo tuo, pro, tu manum ... es, vade quo lubet: Nempe Ga... eſt anterior pars gibbi cameli ... Ilbabl autem capiſtrum; ligantque*

gent

Claudicationem ſimulavi non ejus ſane captus deſiderio,
ſed *portam ſolatii pulſaturus.*
Et *habenis in dorſum rejectis* ſectam ſum ingreſſus eorum
qui nutant in religione.
Quod ſi me homines vituperant, parcite inquam, ne-
que enim id *claudo crimini dandum* eſt.

genu cameli extremitate capiſtri e-jus: at quum quis dimittit camelum ſuum, ut paſcat ubi velit, ſolvit extremitatem capiſtri a genu ejus, & conjicit in gibbum ejus.

وَأَسْلُكُ مَسْلَكَ مَنْ قَدْ مَرِجْ

Et via ingredior ejus qui vacillat Radix مرج apud *Golium* valet *paſcere ſivit* jumentum. *Vacillavit*, *loco motus fuit inſto laxior annulus. miſcuit, confudit: turbatum & perverſum fuit negotium* religionis, fidei &c. &c. *Scholiaſtes miſcendi* vim elegit, noſtrum مــــرج declarans per خلط الجد بالهزل *miſcuit ſerium joco.* Id languet. Non diſpliceret mihi prima poteſtas, ob præcedentem phraſin *conjecti in gibbum funis*, ut ſe ſectam ſequi dicat eorum qui *paſcere ſinunt jumentum*, & *diſcurrere ubi velit*; id eſt *qui ſibi habenas laxant*; & *cupiditati indulgent.* Magis tamen propendeo in *Vacillandi* ſignificationem; quæ & *Claudicationem fictam* hominis & *reliquam* ejus *verſutiam* ac *nequitiam* commode exprimit.

فَلَيْسَ عَلَى ٱلْأَعْرَجِ مِنْ حَرَجْ

Neque enim natura claudus culpandus eſt. Innuit talem ſibi eſſe indolem a naturaque *verſutiam* hanc proficiſci: ac proinde neutiquam poſſe culpari. أَعْرَج *Comp.* a عــــرج ſpeciatim ſignat *natura claudum.* Ex ambiguo per *Claudum* intelligitur *verſutus*, *verſipellis*, *utrumque in latus Claudicans*, phraſi Biblica. حــرج *culpa. delictum.* لـيـس مـن حـرج *Non eſt de culpa, nulla eſt culpa.*

F I N I S.

مقامات الحريري

CONSESSUS
HARIRII

QUARTUS, QUINTUS & SEXTUS.

E

CODICE MANUSCRIPTO

LATINE CONVERSI AC

NOTIS ILLUSTRATI.

ACCEDUNT

MONUMENTA

VETUSTIORA ARABIÆ.

CURAVIT & EDIDIT

ALBERTUS SCHULTENS.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud JOHANNEM LUZAC,

MDCCXL.

PRÆFATIO.

QUANTUM in Eloquentia *Arabum* gradum occupet *Haririus*, ante Editionem trium priorum *Conſeſſuum* inſinuatum. Præcipua ei admiratio inde conciliata, quod ut nihil copioſius & uberius, ita limatius caſtigatiuſque nihil ab ullo humano ingenio proficiſci poſſe videatur.

Ejus Quinquaginta *Conſeſſus* totidem limpidos fundunt rivos, qui vernantia prata, & viridaria amoeniſſima, prælabantur, atque rigent.

Nempe Scriptor ille ſemper novus, ſemper recens, ea polluit Vena, quæ uſque & uſque inter manandum creſcat, ſeque ipſa ditior jugiter, uberiorque, evadat.

Nihil propterea legiſſe, nihil intelligere inter Eruditiores *Arabes* cenſetur, qui *Haririum* non contriverit, ac velut in ſuccum & ſanguinem converterit.

Si *Muſæ* benigno oculo ſeculum noſtrum reſpexerint, omneſque illos *Conſeſſus* in

lucem tulerint, habebunt quod ſibi gratulentur Literæ Orientales, in primiſque *Hebrææ Linguæ* interior cura, ac cultura; cujus eminentiam, dignitatem, gravitatem, vetuſtiſſimumque genium Scriptor hicce admirabiliter exprimit, atque repræſentat.

Omnium *Conſeſſuum* verſionem jam a longo paravi.

Evulgationem ut moratur frigus, quo præcedentis ſeculi ardor per *Erpenium*, *Goliumque* noſtros, commotus, atque a prineipibus *Theologicæ* & *Philologicæ* ſcientiæ viris fotus, infeliciter elanguit; ita reſuſcitatus vigor poterit maturare.

EXCERPTUM

EX

IBN CHALIKAN

DE

VIRIS ILLUSTRIBUS:.

QUO OCCASIO OPERIS ENARRATUR.

ابو محمد القاسم بن علي بن محمد
بن عثمان الحريري البصري الحرامي
صاحب المقامات كان اوحد
ايمة عصره ورزق الحظوة التامة في عمل
المقامات واشتملت علي شي كثير من
كلام العرب ولغاتها وامثالها ورموز اسرار
كلامها ومن عرفها حق معرفتها
استدل بها علي فضل هذا الرجل وكثرة
اطلاعه وغزارة مادته * وكان سبب وضعه
لها ما حكاه ولده عبد الله قال كان
ابي جالسا في مسجد بني حرام فدخل
شيخ ذو طمرين عليه اهبة السفر رث
الحال فصيح الكلام حسن العبارة فسالته
الجماعة من اين الشيخ فقال من سروج
فاستخبرته عن كنيته فقال ابو زيد

فعمل ابي المقامة المعروفة بالحرامية
وهي الثامنة والاربعون وعزاها الي ابي زيد
المذكور فاشتهرت وبلغ خبرها الوزير
شرف الدين ابونصر انوشروان بن خالد بن
محمد القاشاني وزير الامام المسترشد
بالله فلما وقف عليها اعجبته واشار
علي والدي ان يضم اليها غيرها فاتمها
خمسين مقامة ٭

والي الوزير المذكور اشار الحريري
في خطبة المقامات بقوله فاشار من
اشارته حكم وطاعته غنم الي ان انشي
مقامات اتلو فيها تلو البديع وان لم
يدرك الظالع شاو الضليع ٭ ٭ ٭ ٭

Abu Muhammed Elkaſim Ibn Ali, Ibn Muhammed, Ibn Otſman, Hariri, Baſrenſis Haramius, Auctor Conſeſſuum, fuit unicus Antiſtitum ſui ſeculi; cumulatiſſima auctus felicitate in componendis Conſeſſibus. Hi complectuntur inſignem partem Linguæ Arabum, cum formulis, & proverbiis eorum, intimiſque arcanis eorundem ſermonis. Hos conſeſſus qui condigne enucleaverit, indicium inde capere poterit Excellentiæ viri hujus, vaſtæque Eruditionis, ac copioſiſſimæ venæ. Cauſam compoſitionis hanc narravit Filius ejus Abdalla. Pater meus, inquit, ſedebat in Templo Haramidarum; quum illuc ingreſſus ſenex tritis tectus pannis, habitu iter facientis; lacer conditionis; facundus ſermonis, pulcher Elocutionis. Eum interrogavit cœtus, undenam ſenex? Ille, Serusjo: explorarunt dein, quid cognomenti? Ille; Abu

Zey-

Zeydus. Tum compoſuit Pater meus Conſeſſum qui appellatur Haramienſis, octavum & quadrageſimum ordine; eumque retulit ad prædictum Abu Zeydum. Quum celebraretur illa ſcriptio, *& fama ejus perveniſſet ad Vezirium Sjerphoddinum Abu Natſr Anusjirvan ibn Chalid, ibn Muhammed, Kasjanenſem, primarium Miniſtrum Chalyphæ Moſtarsjid Billa; iſque eam legiſſet, admirationem ei commovit; atque Auctor fuit Parenti meo, ut alios ei conſeſſus adjungeret. Itaque ad quinquaginta uſque conſeſſus complevit.*

Ad hunc Vezirium reſpexit Hariri in Præfatione conſeſſuum, quum ait; Et Auctor mihi fuit, cujus nutus imperium, & obſequium præda, ut componerem conſeſſus, in quibus veſtigia premerem Ejus, qui Scriptionis hocce genus excogitavit: quamvis ſane claudicans metam non contingat firmo latere valentis &c. &c. &c.

Alia ibidem attexta, ſepono. Sed curioſius, quam ut ſupprimatur, hocce.

ورايت في بعض المجاميع ان الحريري
لما عمل المقامات كان قد عملها
اربعين مقامة وحملها من البصرة الي
بغداد وادعاها فلم يصدقه في ذلك جماعة
من ادباء بغداد وقالوا انها ليست من
تصنيفه بل هي لرجل مغربي من اهل
البلاغة مات بالبصرة ووقعت اوراقه اليه
فادعاها فاستدعاه الوزير الي الديوان
وساله عن صناعته فقال انا رجل منشي
فاقترح

فاقترح عليه انشاء رسالة في واقعة
عينها فانفرد في ناحية من الديوان واخذ
الدواة والورقة ومكث زمانا طويلا فلم
يفتح الله سبحانه عليه بشي في ذلك
فقام وهو خجلان ؞ وفي جملة من انكر
دعواه في عملها ابو القاسم علي بن افلح
الشاعر فلما لم يعمل الحريري الرسالة
التي اقترحها الوزير انشد ابن افلح ۞

شيخ لنا من ربيعة الفرس
ينتف عثنونه من الهوس ۞
انطقه الله بالمشان كما
رماه وسط الديوان في الخرس ۞

Vidi in quibuſdam voluminibus, Haririum quum conſeſſus componeret, quadraginta primum confeciſſe; eoſque Baſora detuliſſe Bagdadum: quorum quum ſeſe Auctorem ferret, fidem ei negaſſe plurimos ex Eruditis Bagdadi, dixiſſeque: neutiquam ejus eſſe hoc opus; ſed viri cujuſdam Africani, cujus nobilitata erat facundia. Hunc Baſoræ deceſſiſſe, hujuſque Chartas ad eum perveniſſe, quas ille ſibimet arrogaret. Tunc illum evocatum a Vezirio ad Diwanum, interrogatumque, quid artis profiteretur? & reſpondiſſe, ſe ab Epiſtolis eſſe. Injunxiſſe ei tum Vezirium, ut Epiſtolam exararet ex tempore. Illum ſeceſſiſſe in angulum Diwani, ſumtiſque atramentario ac charta longiorem moram traxiſſe; ſed Deum O. M. nihil ei ſcriptionis iſtiuſmodi aperuiſſe: confuſumque tandem ſur-

ſurrexiſſe. Inter eos qui Haririo fidem denegabant fuit Abulkaſim Ali Ibn Aphlagi Poëta, qui quum Epiſtolam ex tempore conficere nequiret, cecinit.

Senex nobis ex Rabia Elphars
Qui vellit extremitatem barbæ præ vecordia.
Eloquentem eum fecit Deus in Masjan,
Prout percuſſit eum in Diwan ſilentio.

Ad verſiculos hoſce habeatur: *Haririum* noſtrum ſibi vindicaſſe originem ex nobiliſſima gente *Arabum*, quæ *Rabia Elphars* vocitata: vicum autem *Baſoræ*, ubi habitabat, *Masjan* dictum: eique in more fuiſſe, ut dum aliquid commentaretur, barbam vellicaret.

Exitus hicce; quod domum redux, reliquos *conſeſſus* decem eodem ſtylo, quin erectiore adhuc, & animoſiore quodammodo, pertexuerit; atque ita invidos, & obtrectatores viciſſim confuderit.

En aliud adhuc non injucundum. يحكي انه كان دميما قبيح المنظر فجاءه شخص غريب يزوره وياخذ عنه شيئا فلما راه استزري شكله ففهم الحريري ذلك منه فلما التمس منه ان يملي عليه شيئا قال له اكتب

ما انت اول سار غره قمر
ورايد اعجبته خضرة الدمن *
فاختر لنفسك غيري انني رجل
مثل المعيدي فاسمع بي ولا ترني *

Narratur Eum fuiſſe brevioris ſtaturæ, & deformem vultu. Ad Eum autem acceſſit aliquando perigrinus quidam, viſitaturus, atque aliquid ſcriptionis ab eo ablaturus; qui conſpecto homine, ejus figuram contempſit. Id HARIRIUS intellexit: quum itaque ab eo peteret, ut aliquid ſibi dictaret, dixit ei, ſcribe:

Non tu primus noctivagus, quem decepit Luna;
Et pabulator, cui placuit viror fimetorum.
Ergo elige tibi alium; namque Vir ſum
Moaidiji ad inſtar; proin audi me, non vide.

Tum vero confuſus ille diſceſſit.

Alluſum ab *Haririo* ad Hiſtoriam *Moaidiji* alicujus, ortumque inde proverbium تسمع بالمعيدي لا ان تراه *Audias Moaidijum, non autem videas illum.* Is a *Noomano Hirenſium Rege* contemtim exceptus, quod breviore eſſet ſtatura, dixiſſe fertur المرء باصغريه قلبه ولسانه *Vir duobus minimis ejus cenſendus, Corde & Lingua.*

ABI MUHAMMED ELKASIM
BASRENSIS
VULGO DICTI
HARIRI
DISSERTATIONES
E
MANUSCRIPTO
BIBLIOTHECÆ ACADEMIÆ
LUGDUNENSIS
EDITÆ
ET NOTIS
ILLUSTRATÆ.

ٱلْمَقَامَةُ ٱلرَّابِعَةُ

ٱلدِّمْيَاطِيَّةُ ١

أَخْبَرَ ٱلْحَرِثُ بْنُ هَمَّامٍ قَالَ ٢ ظَعَنْتُ إِلَى دِمْيَاطَ عَامَ ٣ هَيَاطٍ وَمَيَاطٍ فَأَنَا يَوْمَئِذٍ ٤ مَرْمُوقُ ٱلرَّخَآءِ مَوْمُوقُ ٱلْإِخَآءِ أَسْحَبُ ٥ مَطَارِفَ ٱلثَّرَآءِ

Notæ in Consessum Quartum.

1 دِمْيَاطَ, *Dimjat*, *Damiata*, unde *Damiatenſi conſeſſui* nomen, eſt nobiliſſima *Ægypti* urbs. De ea conſulendus *Index Geograph.* ad *vitam Salad.*

2 ظَعَنْتُ *iter feci.* Radix ظعن quæ ſecundum *Teblebium* infert ضد الاقامة contrarium *ſtandi*, vel *manendi* in ſede ſua, conferri debet cum צָעַן *loco moveri.* Nempe ex *Dialecto* צ in ظ mutari amat; ut in *Clavi* exemplis compluſculis adſtructum. *Origo* latet.

3 عَامَ هِيَاطٍ وَمِيَاطٍ *anno impulſionis & repulſionis*, proprie. Id ſaltem prætulerim ex variis expoſitionibus, quas *Teblebius* offert. هياط جلبة وصياح مياط دفاع وقيل الهياط الاقبال والمياط الادبار وقيل الهياط الاجتماع للصلح بين القوم والمياط التفريق وقيل هياط اشد السوق الي الورد ومياط اشد السوق الي الصدر *Hijât eſt clamor, & vociferatio Alii volunt, Hijât eſſe acceſſum,*

&

DAMIATENSIS.

Retulit *Harith Ibn Hemmam*, *Damiatam*, inquit, commigravi, anno *confuſionis* & *tumultus* pleno. Ego vero id temporis a *lætiore fortuna reſpiciebar*; atque ab Amicis unice diligebar: *trahebamque veſtimenta*

& Mijât receſſum. Iterum aliis Hijât eſt conciliatio pacis in populo; & Mijât, diſſipatio ejus. Denique aliis Hijât eſt vehementiſſima impulſio ad aquationem, & Mijat vehementiſſima inde repulſio. In eo pedem figo. Aliquid *proverbiale* nempe ſubeſt huic formulæ a *paſtoribus*, *gregumve ductoribus*, ductæ. Inter hos ſæpe rixæ, & turbæ, ad *aquatoria* exiſtunt, dum alii citius ad aquam impellunt camelos, quam par: alii tardius inde eoſdem depellunt; aliiſque locum facere negant. Pulchra imago, ad *tumultus bellicos*, & *ſeditiones*, pingendas. Sunt *infinitivi* 3. *conj.* ab هاط *Med. Je ſtrepere*, *tumultuari*, & ماط מוט *declinare.* Inde etiam *proverbialiter* in 6. *conj.* تهايطوا وتمايطوا *inter ſe ultro citroque impulerunt*, *& repulerunt*, pro *diſcordiis fuerunt agitati.*

4 Venuſta formula, مرموق الرخاء *Fortunæ commodioris adſpectu bonoratus.* Nempe رمق eſt *vibravit oculum*, *leviore intuitu ſtrinxit* aliquem. Id *favoris* ſignum, ſi potentior inopem leni oculo ſtringere dignetur. رَخَاءٌ *Laxitas*, *opulentia*, ergo hic inducitur ut *Domina potens*, quæ quem *adſpicere* dignetur, *ditet* ſimul. Adjectum non ſine acumine, *Dilectus fratrum.* Nempe *florentes amicorum turba circumſedet*; *circa pauperes ingens ſolitudo eſt.*

5 Granditer dictum, *Trahebam* مطارف الثراء *veſtes opulentiæ.* Eſt *plur. fr.* a مُطْرَفٌ *veſtis ſtriata*, *& marginum ornatu inſignis.* Ducta ſignificatio a طَرْفٌ *ora*, *extremitas.* Alterum ثَرَاءٌ proprie ſignat *madorem*; a ثَرَيَ *maduit.* Inde ثَرَاءُ ٱلْمَالِ *mador opulentiæ*, in

الثَّرَاءِ 6 وَأَجْتَنِلِي مَعَارِفَ السَّرَّاءِ 7 فَرَافَقْتُ صَحْبًا قَدْ
8 شَقُّوا عَصَا الشِّقَاقِ 9 وَارْتَضَعُوا أَفَاوِيقَ الْوِفَاقِ حَتَّى
10 لَاحُوا

Hamaſa. Deſignatur *opulentia*, ut ſic dicatur, *irrigua*; non *avare* habita.

6 Pari granditate enunciatum, أَجْتَنِلِي مَعَارِفَ السَّرَّاءِ *remoto velo contuebar vultus lætioris fortunæ.* Forma سَرَّاء eſt *comparativa*, in *fœmin.* ab أَسَرّ *Lætior*: a *rad.* سَرّ *lætatus eſt.* Ea abſolute venire amat pro *Vita lautiore*, & *beatiore.* Ejus contrarium ضَرَّاء *vita calamitoſior*; ab أَضَرّ, cujus *Radix* ضَرّ צרר *preſſit anguſtiis.* Ajunt quidem *Lexicographi*, eſſe *fœmininum* ſine *maſculino*; ſed hoc nihil: & أَضَرّ certiſſime eſt *comparat. maſcul. magis anguſtans*; cujus *fœmin.* pro *fortuna adflictiore* invaluit. Sequens مَعَارِف eſt *plur. fr.* a مَعْرَف *facies*, ſpeciatim *frons* & *naſus*, quod inde يُعْرَف dignoſcatur *hominis indoles.* اجتنلي eſt 1. *ſing. fut*: 8. a جَلِي גְּלִי ſive גָּלָה *revelavit*: Inde *Octava* ſignat, *retectam & nitentem adſpexit ſponſam.* Supra ad *Conſ.* 3. illuſtratus hic uſus: Admirabilis hinc figura emergit, qua *fortuna lautior* ut *Sponſa* inducitur, quæ ad *Thalamum* ſuum, & *oſcula*, admittit beatiores.

7 Verbum رافقت *ſocium me feci itineris*, eſt, 1. *præt.* 3. conj. a رَفَق *Benignus fuit. juvit. comes fuit.* Hinc رَافَقَ *comitem ſe dedit alteri*, præſertim ad *iter*; unde رُفْقَة *comitatus: caterva iter facientium.* Primaria poteſtas *Radicis* eſt, ἐρείδειν *niti*, *fulcire.* Inde in 8. ارتفق *innixus fuit cubito*, qui مِرْفَق dicitur, quod eo inter reclinandum noſmet

ſtimenta cultiſſima opulentiæ; & *lautæ vitæ nitentem faciem* aſpiciebam. Aſſumſi autem itineris comites, qui *baculum diſſenſionis confregerant*; & *conſenſionis hauſtus lacteos ſuxerant*, eo met *fulciamus*. Hinc lux in *Cant.* 8:5. מתרפקת על דודה.

Sequens صُحْبًا ſecundum *Arabes* eſt *plur. fr.* a صَاحِبٌ *ſocius*. Sed ſciatur *pluralia* iſta *fracta* eſſe ferme nomina *ſubſtantiva*, *collective* ſumta. Sic صُحْبٌ in *Origine* eſt *ſocietas*. Inde *ſocietas mea* pro *ſocii mei*. Id genus mirifice *Grammaticam Arabum* implicuit: facile explicandum ab iis, qui judicio *Critico* pollent.

8 شَقُّوا عَصَا ٱلشِّقَاقِ *fregerant baculum diſſidii*. عَصًا pro عَصَوٌ & عَصَيٌ eſt עֵצָה, quod in עֵץ *lignum* contraxere *Hebræi*. Radix عَصِيَ *durus fuit*. شِقَاقٌ, *diſſenſio* in *infin.* 3. proprie eſt *mutua diffractio*, a شَقَّ *fregit*, unde شَاقَّ *fregit erga alium*. Non *figurate* tantum, ſed & *proverbialiter* elatum, *frangere baculum diffractionis* ſive *diſcidii*. Nempe ſolemne *Adagium* inter *Arabes* شقّ فلان العصا *fregit ὁ δᾶνα baculum* اذا ترك الطاعة وخرج مباينا *quum obedientiam miſſam facit, & erumpit in diſſidium*. pulchre *Schol.* قال ابو عبيدة العصا تضرب مثلا للاجتماع وانشقاقها يضرب مثل للافتراق وقال ايضا معني قولهم شق فلان عصا المسلمين اي فرق جماعتهم *Abu Obeida auctor eſt Baculum proverbiali uſu adhiberi in ſocietate, ejuſque fractionem in diſſipatione. Eo ſenſu dictum adfirmat, Rupit ille Baculum Moſlemiorum*, i. e. *communionem eorum deſeruit*. In *Hamaſa* reperio شق عصا الدين *fregit baculum religionis*, pro *eam deſeruit*. Hinc jam venuſta tralatione *Haririus*, *frangere baculum diſcidii*, pro *diſcidia fugitare*.

9 ارتضعوا *ſuxerant*. Eſt *præt.* 8. a رَضِعَ item *ſuxit*, *lactens fuit*.

١٠ لَاحُوا كَأَسْنَانِ ٱلْمُشْطِ فِي ٱلِاسْتِوَاءِ وَكَٱلنَّفْسِ
ٱلْوَاحِدَةِ ١١ فِي ٱلْتِئَامِ ٱلْأَهْوَاءِ وَكُنَّا ١٢ مَعَ ذَلِكَ
نَسِيرُ ٱلنَّجَاءَ وَلَا نَرْحَلُ إِلَّا كُلَّ هَوْجَاءَ وَإِذَا نَزَلْنَا
مَنْزِلًا أَوْ وَرَدْنَا مَنْهَلًا ١٣ ٱخْتَلَسْنَا
ٱللَّبْثَ

ſuit. Inde *figurate* رضع الثدي *ſuxit uber* ad omnia transfertur, ut *ſugere ubera doctrinæ, virtutis* &c. item *vitii, injuſtitiæ* &c. Eadem hic *Metaph.* nam أَفَاوِيقُ proprie deſignat *Lac quod in uberibus colligitur inter binas mulſiones.* Eſt autem *plur. fract. ſecundus*, a *primo*, أَفْوَاقٌ, cujus *ſing.* فِيقٌ, pro فُوقٌ, a فاق *media Waw*, quod inter alia notat *ſingultavit.* Inde ſignificatio hæc tranſlata; nam *humor denuo confluens, ſeque colligens*, quaſi *ſingultit.* وِفَاقٌ eſt *infin.* 3. *conjug.* a وفق *convenit. Paronomaſia* nolim quem fugiat. Ea Orientales mirifice delectantur.

10 لَاحُوا &c. proprie, *manifeſto apparuere tanquam dentes pectinis in æqualitate.* Eſt 3. *præt. primæ conj.* a لاح לוּחַ *micuit, ſplenduit, manifeſto apparuit.* Inde לוּחַ *tabula* nomen invenit. Ea *Arabibus* لَوْحٌ *omnis res lata, & plana:* ſive *lignea*, ſive *oſſea*, ſive *alterius materiæ.* Specialius *tabula.*

إِسْتِوَاءٌ *æqualitas*, eſt *infin:* 8. a سَوِيَ *æquus, æqualis fuit*: שָׁוָה: unde in *Hitpahh.* הִשְׁתַּוָּה, & הִשְׁתָּוָה, ſine *Dageſh.* Hinc *Prov:* 27: 15. נִשְׁתָּוָה *æquabimus*, cum *He parag:* pro נִשְׁתָּו. Comparationem cum *dentibus pectinis* declaret *Teblebius* كاسنان المشط مثل سيء كل استواء في

اي

eo uſque ut *dentes pectinis æqualitate referrent*: & *conglutinatione voluntatum* ſuarum *unam* viderentur efficere *animam*.

Sic comparati celerrimum curſum tenebamus, & vectabamur camelis ſtolide præcipitibus: quumque in manſionem aliquam deſcendiſſemus, aut requiem aliquam ingreſſi fore

اي حال كان فان ارادوا
استواء على الشر
قالوا كاسنان الحمار

Sicut dentes pectinis, Proverbium ad æqualitatem in ſtatu quocumque. Si æqualitatem in malum intendant, dicunt, ſicut dentes aſini. اسنان *plur. fr.* a سن שֵׁן *dens*, Radix שָׁנַן سَنَّ *acuit.*

نار الحرب حارّ سخن والمغنم الحاصل بدون ذلك بارد *Præda quæ non ſit calida. Significatur lauta, citra cædem & bellum capta. Scilicet præda contingens poſt accenſum Martis ignem Calida cenſetur; ut quæ citra hoc, Frigida.* Utitur *Arabsjad. Hiſt. Tamerl.* 107. هذا المغنم البارد بين نصب عينيك تدركه هنيا مريا بهينك ولينك *Hæc eſt præda Frigida inter oculos depoſita, quam aſſequeris unctam, lautam, ſummo tuo commodo.* Iterum 247. لا يبرد حرارة حمينه لتسخين عدوه واحراز المغنم البارد فترة *non refrigerabat æſtum ardoris ejus, ad calefaciendum oculum hoſtis, & conſequendam prædam Frigidam, ullus languor.* Adde *pag.* 326. واستولي على ذلك المغنم البارد & *compos factus eſt talis prædæ Frigidæ, ſine Adverſario ullo.* Etymon a *Teblebio* al-

37 أَفَلَ قَمَرُ آلشِّعْرَى وَقَدْ طَلَعَ قَمَرُ آلشِّعْرِ أَيِ 38 آسْتَتَرَ بَدْرُ آلنَّثْرَةِ وَقَدْ تَبَلَّجَ بَدْرُ آلنَّثْرِ 39 فَسَرَتْ حُمَيَّا آلْمَسَرَّةِ فِي جِسْمِي.

allatum firmat hocce Veteris Poetæ

وكم لنا غارة على ثغر
رجعت عنه بالمغنم البارد ✱

Et quot nobis incurſationes in hoſticum,
Unde reverſus ſum cum præda Frigida!

Hoc eſt, *quæ nullo nobis ſanguine, nullo conſtiterit labore.*

37 اَلشِّعْرَى *Sirius* : notum aſtrum. Hinc قمر الشعرى *Luna Sirii*, audaciuſcule pro *Luna quæ Sirio cognata*, quatenus utrumque *Aſtrum* eſt *cæleſte*. Ei confert, quin præfert, قمر الشعر *Lunam carminis*, ſive *Aſtrum Poëticum*. Eſt jucunda imago, quam *Paronomaſia* gratioſiorem reddidit.

38 Conſimilis lepos in بَدْرُ آلنَّثْرَةِ, & بَدْرُ آلنَّثْرِ. Nempe نثرة vocant *duas exiguas ſtellas quæ & Naſus leonis dictæ* : iiſque ſignatum *octavum domicilium Lunæ*. At نَثْرٌ eſt *oratio ſoluta ; proſa*. Proprie *ſparſio*, a نَثَرَ *ſparſit*. اِسْتَسَرَّ *condidit ſeſe* ; eſt *præt*. 10. ☿ سَرَّ, cujus *conj*. 4. أَسَرَّ *celavit ; clam habuit* : & 3. سَارَّ cum 6. تَسَارُّوا *arcana tractare*. Hinc سِرَارٌ *poſtrema nox* menſis : quum *Luna deliteſcit*. Noſtrum اِسْتَسَرَّ de

que ſociis. *gratulor* vobis *hoſpitem* hunc ad nos *ingreſſum*, vel potius *prædam opimam*. Quod ſi *aſtrum cœleſte* occidit, at *exoritur Aſtrum Poeticum*, & ſi *lunæ ſiderea facies* in noctem *ſe-*

de eadem *abſentia Lunæ* proprie; ſed improprie de omni uſurpatur. تَبَلَّجَ *effulgeſcit*; in *præt.* 5. a بلج *nituit*, בלג: de quo in *Originibus*.

39 سَرَتْ *vaſit*, *pervaſit*; *penetravit*. Eſt *præt. fœm.* 1. a سَرِيَ *Liberalis*, *generoſus fuit*. *Noctu ivit. Subivit*, *quovis pervaſit*. Poſterius hocce ordine naturæ prius: nam a *pervadendo* ducta poteſtas *noctu eundi*: ut & *liberalis* ac *generoſi impetus*, *animique*. Vides unde שׂרה valere cœperit *principem egit*, *principaliter ſe geſſit*. Ita سَرْوُ eſt *generoſi animi liberalitas*. Eam vim illuſtrat egregie noſtra phraſis, *penetravit eos calor* حُمَيَّا *ardens impetus*, ob *regimen* pro حُمَيَّا *calor*, & *prima vini*, *vel & doloris*, *commotio*. Ita Cl. *Gol.* ex *Gjeub.* Conſonat *Teblebius* حميا الكاس اول سورتها وحميا الالم سورته وشدته *Homaija poculi eſt prima ejus æſtuatio; item Homaija doloris, ejuſdem æſtus & vehementia.* Addit, والحميا من اسماء الخمر ايضا ويجوز ان تراد هنا ويكون قوله حميّا المسرة من باب لجين الماء *Etiam Homaija eſt ex nominibus vini, quod forte hic intenditur; ut Vinum lætitiæ figuratum fuerit, ſicut Argentum aquæ.* Non decurriſſet huc, ſi *Lætitiæ* æque ac *dolori* ſuum *æſtulum*, & *fervidulum impetum*, ineſſe attendiſſet. *Diminutive* hæc effero, quia حُمَيَّا revera eſt *Diminutivum*, monente *Taurizio* ad *Hamaſæ* nobilem hunc Verſum

إِذَا خَامَ أَقْوَامٌ تَقَحَّمْتُ غَمْرَةً
يَهَابُ حُمَيَّاهَا ٱلْأَلَدُّ ٱلْمُدَاعِسُ *

فِيهِمْ وَطَارَتِ ٱلسِّنَةُ عَنْ مَآقِيهِمْ وَرَفَضُوا ٱلدَّعَةَ ٱلَّتِي كَانُوا نَوَوْهَا وَثَابُوا إِلَى نَشْرِ ٱلْفُكَاهَةِ

Quum refugiunt omnes, irruo ego in gurgitem mortis,
Cujus fervidiuſculam formidat indomitus quoque pugnator.

Ubi ille حميا الشي صدمته ويقال فلان يحمي الحميا اذا كان يحمي ما عليه وحميا مصغر لا مكبر له *Homaija cujuſque rei eſt ejus vehementia; dicitur hinc, fervet ille fervidiuſculam; quum defenſat ſe & ſua. Eſt autem Homaija Diminutivum carens ſuo majore.* Mirum, quam *Grammatici* omnium *Linguarum* in hoc conſpirarint, ut nobis confingerent *pluralia*, ſine *ſingulari*; aliasque *formas* a nulla *primigenia* oriundas. Quid ergo *primigenium* حُمَيَّا? Haud dubie حَمْيَاءُ vel حَمْيَي *comparat.* & *ſuperlativ. fæmin.* ab احمي *fervidior, ignitior, æſtuantior.* Unde حُمَيَّاءُ, & contracte حُمَيَّا *fervidiuſcula, ignitiuſcula*, nempe *vis* cujusque rei; ejuſdemque *æſtuatiuncula intenſiſſima.* De radice حمي חמה *ferbuit, ignitus fuit*, alibi plura. مَسَرَّةٌ *lætitia* a سَرَّ *bilaravit*, facit in *plur. fr.* مَسَارُّ pro مَسَارِرُ. Sequens طارت in *præt.* 1. a طار *med. je, volavit, avolavit.* Eſt ejuſdem *Originis* cum طار *media waw*, cujus proprietas in *obeundo, circulandoque*, ſita. Nempe *circulare* eſt *volare.* سنة eſt שנה *ſomnus*, a وسن ישן *dormivit*, e fonte alibi indicato. مَآقِي *Hirqui, oculorum anguli interiores*: in *plur. fr.* a مُوقٌ, quod per *je ſervile*.

ſeſe condidit, at *effulgeſcit Luna ſolutæ Orationis.* Tum vero *calor lætitiæ* eos *penetrare*, & *ſomnus*, qui in *hirquis*, *avolare*;

vile productum a مُوقٌ, cujus *plurale* أَمْآقٌ, a مَئِقَ *med. Hamz. ſingultavit; cum ſingultu flevit.* Hinc *Hirquis* nomen inditum.

40 رَفَضُوا *repudiarunt.* Eſt *præt.* I. a رَفَضَ *reſpuit*, *abdicavit*; *libere ſivit paſcere*; & intranſitive, *libere vagati ſunt* cameli. Item *diſperſus*, *ſeparatus fuit*: nec non *expanſa fuit* vallis: *expandit palmites* arbor: *effectum dedit* opus, idque *executus eſt.* Omnia a *primaria* poteſtate *excutiendi* cum *divulſione.* دَعَةٌ *quies*, *tranquillitas*; a ودع *poſuit*, *repoſuit*, *ſivit* &c. hic *ſomnum* ſignat. نَوَوْا *intenderant*; in *præt.* I. a نوي *intendit*, *propoſuit ſibi.* ثَابُوا *Redierunt*, a שׁוּב ثَابَ, quod ſæpiſſime *iteratam actionem* infert, per *denuo* exprimendum. فُكَاهَةٌ *Jocus*, a فَكِهَ *feſtivus*, *urbanus*, *jocoſus fuit.* Eſt poteſtas ſecundaria, de cujus *Origine* alias. Egregie figuratum, *Redierunt ad explicandam feſtivam confabulationem*, *poſtquam complicuerant eam.* Radici طوي multa lux adfuſa ad *Conſeſſ.* 3. p. 136. & præſertim 143. Ad hanc formulam intelligendam, teneatur بساط *ſtratum*, ſive *tapes*, *confabulationis* tum *expanſum* dici, quum *familiariſſimi* & *ſuaviſſimi ſermones cæduntur.* In *Hiſt. Tamerl.* p. 9. وارتفعت استار الاسرار وامتد للبسط البساط *Et remota aulæa arcanorum*, *expanſumque familiaritati ſtratum.* Et p. 256. *Tamerlanes die quodam convivium publicum celebravit*, *& alæ hilaritatis demiſſa tum primi tum infimi ordinis hominibus* طوي بساط النهي والامر ومد بساط الخمر والزمر *complicuit ſtratum vetandi jubendique*, *& expandit ſtratum vini & fidium.* Conſimiliter *pag.* 197. ثم طووا بساط الكلام ونشروا سماط الطعام

ٱلْفُكَاهَةِ بَعْدَ مَا طَوَوْهَا وَأَبُو زَيْدٍ
41 مُكِبٌّ عَلَى إِدْمَالِ يَدَيْهِ حَتَّى إِذَا
ٱسْتَرْفَعَ مَا لَدَيْهِ قُلْنَا لَهُ 42 أَطْرِفْنَا بِغَرِيبَةٍ
مِنْ غَرَائِبِ أَسْمَارِكَ أَوْ عَجِيبَةٍ مِنْ عَجَائِبِ
أَسْفَارِكَ فَقَالَ لَقَدْ 43 بَلَوْتُ مِنَ ٱلْعَجَائِبِ
مَا لَمْ يَرَهُ ٱلرَّاؤُونَ وَلَا رَوَاهُ ٱلرَّاوُونَ وَإِنَّ مِنْ
44 أَعْجَبِهَا

Tum complicuerunt ſtratum ſermonis, & explicuerunt ſeriem convivii. Item *pag.* 421. طوي بساط الادب *complicuit ſtratum Humanitatis*; pro *receſſit a ſtudiis Humanioribus tradendis.* In *Hamaſa* etiam extat طويت له ودي والطي ابقي من النشر *complicui ei amorem meum, namque complicatio expanſione durabilior.* Nempe *familiaritas parit contemtum.* Illuc *Gnome* poſterior ſpectat.

41 مُكِبّ *incumbens.* Eſt *part.* 4. a كبّ *in glomos convolvit.* Hinc 2. كبّب & 4. اكبّ *ſemet convolvit & conglomeravit* quaſi *ſuper re*, i. e. *aſſiduus ei incubuit.* Ita *Abulphar.* p. 284. مكبّ علي الطبّ *incumbens in medicinam.* A *Glomerando* deſcendit etiam كَبَّة *Arctior hominum confluxus. Impetus in curſu, pugna* &c. & كُبَّة *agmen equorum, caterva conglomerans ſeſe.* Sic *glomerata agmina*, & *glomeratio, glomeramen*, pro *impetu in curſum, pugnamve.* In 2. *conj.* كبّب etiam

re; repudiaruntque quietem quam intenderant, & *confabulationem jucundam*, quam *complicuerant*, denuo *explicuerunt. Abuzeidus* interim *exercendis manibus* ſuis *ſtrenue incumbebat*, donec *omnibus conſumtis menſam tolli poſſe oſtenderet.* Tum nos, *Exhibe* nobis *novi* aliquid ex *confabulationibus* tuis *nocturnis rariſſimis*; aut *mirificum* aliquid, *ex admirabilibus peregrinationum tuarum.* Hic ille, ſane expertus ſum de mirandis, quæ

etiam exponitur, *ex conciſis minutim carnibus paravit cibum*, q. d. *convolvit in glomus*. Item, *pronus concidit* in faciem, vel genua, nempe velut *in glomus convolvens ſeſe*. Facete porro elatum إِعْمَالُ يديه *exercere manus ſuas*, in *infin*. 4. a עמל عمل *opus fecit, laboravit*, إِسْتَرْفَعَ *tolli petiit*; eſt *præt*. 10. a رَفَعَ *ſuſtulit*. Ejus uſum ſignatum indicat *Teblebius*. يقال استرفع الخوان اذا فرغ ما عليه من الاكل كانه يسال ان يرفع *Dicitur Tolli petiit Menſam, de eo qui conſumſit quicquid ciborum appoſitum.*

42 أَطْرِفْنَا *Narra novi quid nobis*. Eſt *imper*. 4. cum *adf*. a طرف *carpſit* extremitates, טרף. Inde طُرْفَةٌ *res nova, primum nata ac viſa*, ut *primi flores, fructusve*: q. d. *Carptura*. Hinc ſubſumtum in 4. اطرف *Apportavit rem novam*: &c. غُرَايِبُ *raræ hiſtoriæ*, eſt *plur. fr.* a *præced*. غريبة *peregrina res*; cujus Thema غرب ערב *abfuit longius*. Similiter عجايب *Mirabilia*, a *præced*. عجيبة *res miranda*.

43 بَلَوْتُ *expertus ſum*. In *præt*. 1. a بلا *ult. waw*, בלה; cujus Origo in *Terendo*. يَرَهُ *vidit illud*, eſt *fut*. 1. cum *adf*. a راي per *Apocopen* propter لم. Inde & in *part*. رَاوُونَ pro رَاؤُونَ *videntes*. Sequens رَاوُونَ

nar-

44 أَعْجَبُهَا مَا عَايَنْتُهُ ٱللَّيْلَةَ قُبَيْلَ
إِنْتِيَابِكُمْ وَمَصِيرِي إِلَى بَابِكُمْ
45 فَٱسْتَخْبَرْنَاهُ عَنْ طُرْفَةِ مَرْآهُ فِي مَسْرَحِ
مَسْرَاهُ فَقَالَ إِنَّ 46 مَرَامِيَ ٱلْغُرْبَةِ لَفَظَتْنِي
إِلَى

narrantes, item *part.* cum *waw Radicali*, a רוה روي *rigavit*; & ſecundario, *narravit*, *narrando recreavit.*

44 أَعْجَبُ *maxime mirabile.* Eſt *compar.* & *ſuperlat.* a عجب *miratus fuit.* Formula in *Golio* enotata مَا أَعْجَبَهُ بِرَأْيِهِ *quam placet ſibi ſua in opinione?* exerit vim *admirantiſſimi*, quatenus أَعْجَبُ etiam deſignat *qui maxime ſibi placet*, *ſemet mirans.* عَايَنْتُ *oculis uſurpavi*; in *præt.* 3. a عان *med. je*, *manavit*, *fluxit* aqua, *pervenit fodiendo ad aquæ ſcaturiginem. Petivit oculo maligno. Læſit oculum. Amplos habuit oculos. Factus fuit explorator*, *cuſtos*, & tanquam *Oculus.* Ὀφθαλμός. Apparet *notiones* omnes eſſe *ſecundarias*, ab *Oculo* adſcitas; niſi quod ambigi poſſet de prima illa *manandi*, ſitne ex עין عين *Oculus*, & *fons* derivanda, an contra *fons* & *Oculus* a *fluendo* venerint. Res alibi diſcutienda. قُبَيْلَ *Paulo ante*, eſt *diminutivum* a قَبْلَ. Radix קבל قبل *antevenit.* إِنْتِيَابُ *acceſſus*, eſt *inf.* 8. a نَابَ *med. waw*, *vicem ſubiit*; unde انتاب valet *iteratis vicibus acceſſit.* Monet *Tebleb.* reprehendi *Haririum*, quaſi verbo minus appoſito uſus eſſet in eo qui nunc *prima* tantum *vice accedebat*: ſed quis neſcit talia καταχρηστικῶς latius permitti, quam

Ori-

quæ *nec viderunt ſpectatores nec narrarunt novitatum narratores :* ſed *mirabiliſſimum omnium*, quod hoc ipſa nocte *oculis uſurpavi*, paulo ante quam vos adirem, & ad fores veſtras devenirem. Ibi petere nos omnes ut hanc *inviſitatam* etiam ſibi *novitatem* denarraret, quam *vagatio nocturni itineris* ei obtulerat. Tum ille, *Expulerunt* me *ja-*

Origo adfert. Lectiſſime tamen poſitum verbum in *mendicante vagabundo*, nunc ad hos, nunc ad illos, delato. Inter uſus exquiſitiores hujus *Thematis* eſt, quod dicant ناب الخبر *per vices acceſſit bonum*, pro *copioſum fuit*. Inde خبر نايب *bonum copioſum*, per *vices recurrens* & *increſcens*. Sic *Pſ.* 62: 11. חיל כי ינוב *opes quum per vices increſcunt*. Huc pertinet *Camuſi Gloſſa*, qua נובה نوبة exponitur الدولة *Felicitas*, *opulentia*, *potentia*. Alibi plura. مَصِير *adventus*, eſt *infin.* 1. a صار *med. je*, *ivit*, *pervenit*, *vergit*, &c. Proprie *Torſit*; *torquendo flexit* : idem cum صار *med. waw*, *inclinavit ut propenderet*, *convertit*. &c.

45 اِسْتَخْبَرْنَا *petivimus ut narraret*. In *prat.* 10. a خبر *ſcivit*, *reſcivit*. Eſt ergo proprie استخبر *petivit reſcire*. طُرْفَة *Elegans hiſtoria*; ex Origine *carptura*; ut paulo ante. مَرْأَى pro مَرْأَي *locus viſionis*, & *viſio* ipſa, a رأى, ut מראה a ראה. Sequens مَسْرَح *Locus quo paſtum educimus*; *paſcuum*; *campus*; a سرح *paſtum dimiſit*. Redi ad *Conſ.* 1. p. 6. Figurate *campus nocturnæ vagationis*, pro *occaſiones quas nocturna vagatio obtulerat*.

46 مَرَامِي *jactationes*. In *plur. fr.* a مَرْمَاة pro مَرْمَيَة, a رمى *jecit*, רמה. Apud Cl. *Gol.* exponitur, *Sagitta parva* &c. *ungula bifida* : & in *fæm.* مَرْمَاة pro مَرْمَيَة *Scopus Sagittariorum*. Omnia a *jaciendo*. Habet adhuc plures ſignifica-

إِلَى هَذِهِ ٱلتُّرْبَةِ وَأَنَا ذُو 47 مَجَاعَةٍ وَبُوسَى
وَجِرَابٍ كَفُؤَادِ أُمِّ مُوسَى فَنَهَضْتُ حِينَ سَجَى
48 ٱلدُّجَى

ſicationes ; & *primo* quidem مَرْمَاءُ vel مَرْمَى eſt ipſa *actio jaciendi*; ut hic: vel & *inſtrumentum jaciendi*, ut mavult *Tebl.* quod & مِرْمَى. Inde مرامي الغربة *Expulſoria peregrinationis* uſurpantur pro *locis diſſitis* in *Conſeſſ.* 7. ubi habebimus مع سبرك في المعامي وايغالك في المرامي *Cum itinere tuo per cæca deſerta, & pervaſione tua per expulſoria*, i. e. *loca periculoſa.* Eleganter *Conſeſſ.* 42. ترامت بي مرامي النوي ومساري الهوي الى ان صرت ابن كل تربة واخا كل غربة *Ejecerunt me expulſoria abſentiæ, & vagationes cupiditatis, ita ut factus ſim omnis terræ Filius, & Frater omnis peregrinationis.* In *Hiſt. Tamerl.* مَرَامِي ſunt *ſummitates arcium*, quaſi *expulſoria*; ut *pag.* 237. ونصبوا السلالم وتسلقوا بمناصبة مراميها تعلقوا *Et admoverunt ſcalas, adſcenderuntque: atque ex antiis ſummitatum ejus* arcis *ſuſpenderunt ſeſe.* Iterum *pag.* ومن متعلق باذان مراميها ومتسلق باذيال نواصيها *Eratque qui ſuſpenderet ſe ab auribus ſummitatum ejus* Arcis, *quique adſcenderet per propendulas ejus Antias.* Item *pag.* 409. بلغ الى قلعة شاهقة افراط الدراري باذان مراميها عالقة وبرجوم النجوم الصايبة تتعلم الاصابة عن رشاقة سهامها الراشقة *pervenit ad Arcem celſiſſimam, e cujus ſummitatum auribus dependebant inaures ſtellarum; & jacu-*

jactationes peregrinationis ad hanc terram, *auctum eſuritione*, & *afflictione*, *marſupioque cor genitricis Moſis referente*. Excitatus autem

F-
culantia aſtrorum ferientium addiſcebant artem feriendi a vibratione telorum ejus recta ferientium. Eſt inflatior deſcriptio *Celſitudinis ad aſtra velut eductæ.* Specimina hæc oſtendunt, quantum in ſinu *Linguæ* contineatur, quod nulla *Lexica* complecti, aut exequi queant.

47 ذو مجاعة *Dominus*, vel *poſſeſſor inediæ*; ex *Arabiſmo* alibi indicato. Radix جاع גוע *expiravit.* بوسي *miſeria*, proprie *ſors miſerior*, eſt *fœm. comp.* & *ſuperl.* ab أبأس quod eſt أفعل verbi بئس *miſer fuit*, באש. Mirifica porro phraſis, *Marſupium ut cor matris Moſis*: i. e. *penitus vacuum*, & *exhauſtum*. Alluditur ad *Proverbium*, cui anſam præbuit *Alcorani* locus *Sur.* 28: 9. واصبح فواد ام موسي فارغا *Et factum eſt cor Matris Moſis vacuum.* Diſceptant commentatores de ſenſu: aliis in *bonum* interpretantibus, ut ſit, *cor curis vacuum*; aliis in *malum*, ut ſit *cor vacuefactum* quaſi, & *vaſtum* redditum, præ *metu* & *ſtupore*. Hinc arreptum adagialiter

افرغ من قلب ام موسي

Magis vacuus quam cor matris Moſis, bifariam veniens: *primo* ad *vacuitatem curarum* indicandam; *ſecundo* ad *anxietatem* cum *deſperatione* conjunctam. Venuſte ab *Haririo* noſtro traductum ad *peram vacuam*, & *vaſtam* veluti, in cujus fundo nil niſi *deſperatio* relicta. Ut *figuræ* audacia, & virtus, melius adhuc ſentiatur, tenenda adfinis uſurpatio Vocabuli هواء *vacuum*, *Alcor. Sur.* 14: 44. ubi de *impiis*, ultimo die *ad deſperationem* redactis, dicitur وافيدتهم هواء *& corda eorum vacuum.* Hoc *Commentatores* iterum varie explicant; aliis enim هواء eſt *pavidus*, *animi expers*; aliis *ventres ſine mente*; ut apud Cl. *Gol.* enotatum. Atqui *Vacuum* hic nihil aliud quam *vaſtitas mera*, in *ſtuporem*, & *deſperationem mergens*, *ut quo ſe vertant, neſciant*, haud ſecus ac ſi quis in *vacuo*, ſive *vaſto inani* irrequietus jactaretur.

 48

48 آلدُّجَي عَلَي مَا بِي مِنَ آلوَجَي 49 لِأَرْتَادَ

حين سَجَي آلدُّجَي 48 *Quum ſiluiſſet obſcuritas noctis.* دُجَيٌّ pro دُجًا vel دُجَي vel دُجُوٌّ eſt *obſcuritas noctis*, a *Rad.* دَجَا *ult. waw*, & *je*, *Tenebroſa fuit* nox, *operuit & involvit* totum corpus veſtis; *perplexus & copioſus fuit* crinis. Hinc formula elegans منذ دجي الاسلام *a quo Iſlamiſmus operuit*: id eſt *terras omnes occupavit*; ſive ut *Gjeub.* explicat. قوي والبس كل شي *invaluit*, atque *cooperuit omnia*. Apparet, primigeniam vim non eſſe *obſcuritatis*, vel *tenebrarum*, ſed *copiæ* omnia undique *involventis* ac *cooperientis* quaſi, ita *Teblebius* قال الاصمعي دجا الليل ابما هو في الاصل البس كل شي وليس من الظلمة ومنه قولهم دجا الاسلام اي قوي والبس كل شي قال الشاعر

وليل كموج البحر ارخي سدوله
علي بانواع الهموم ليبتلي *

Dixit Aſmæus, דגה *de nocte in Origine nil aliud deſignat quam cooperuit omnia; non autem* ab obſcuritate *derivatur.* *Hinc phraſis*, *cooperuit omnia Iſlamiſmus*, pro *invaluit & omnia obtexit. Sic Poëta*

Et nox tanquam fluctus maris demiſit ſuas lacinias
Super me variis cum curis, ut experimentum caperet mei.

Hinc

tem ſum, *nocte* jam *altum ſilente*, quantumvis *pede attrito laborarem*,

Hinc jam percipere dabitur quid valeat verbum דגה Gen. 48: 16. וידגו בקרב הארץ & *multiplicabuntur in medio terræ.* Rectiſſime quoad ſenſum: ſed figura ſiſtit *copiam cuncta cooperientem*, & *involventem*. Summus *Boch.* in *Hieroz. part.* 1. pag. 36. cenſet, cum aliis, hoc דגה propagatum a דג *piſcis*, quaſi dicas *piſcium inſtar ſoboleſcere.* Atqui דגת הים ex noſtra Origine ſonat, *fœtura copioſiſſima maris, omnia cooperiens, & tanquam veſte involvens; genus piſcinum*: ut דג a דגה *operuit*, profluxerit. De Verbo سجي iterum *Teblebius* قال الله تع والليل اذا سجي اي سكن وركد ظلامه وقيل ليلة ساجية اي ساكنة الريح وقيل معناه سكون الناس والاصوات فيه وسجا البحر سكن امواجه وطرف ساج اي ساكن فاتر

In Alcorano dicitur, quum nox سجي, *hoc eſt, Auctore Abulbeka, quum quieſcit, & obſcuritas ejus conſtat. Alii noctem quieſcentem exponunt, quæ ventis careat. Alii ſignificari putant quietem hominum vocumque in ea. Uſurpatur etiam de Mari, cujus fluctus conquievere; nec non de Oculo ſedato & remiſſo.* Liquet figurate poſitum سجي الدجي *quievit obſcuritas*, ad *altiſſimum ſilentium noctis* indicandum. Sequens علي *ſuper*, hic exerit uſum illum ſignatiorem, quem ad *Job. Cap.* 10: 7. attigi. Ad verbum; *ſuper quod in me de attritione pedis.* وجّي eſt *actio verbi* وَجَي *Laboravit ex ungula, eamve tritam habuit* equus. Cave *Equo* proprium putes. exempli cauſa additus. *Teblebius* declarat توجع باطن القدمين من الحفا *dolorem plantarum in pedibus ex inceſſu ſine calceis.* Redi ad *conſ.* 3. p. 140. ubi יגה & יגון hinc lucem fœnerari ſubmonui.

49 لَأَرْتَادَ مُضِيفًا أَوْ أَقْتَادَ رَغِيفًا وَسَائِقِي
50 حَادِي ٱلسَّغَبِ وَٱلْقَضَاءُ ٱلْمُكَنَّى أَبَا
ٱلْعَجَبِ إِلَى أَنْ وَقَفْتُ عَلَى بَابِ دَارِكُمْ فَقُلْتُ

51 حُيِّيتُمْ يَا أَهْلَ هٰذَا ٱلْمَنْزِلِ *
وَعِشْتُمْ 52 فِي خَفْضِ عَيْشٍ خَضِلِ *

مَا

49 أَرْتَادَ *Quærerem pabulaturus.* Eſt *fut.* 8. a راد *ultro citroque ire, moveri.* Inde *pabulatum aquatumve ire: diſcurrere ad commeatum quærendum.* Pulchre ergo enunciatum, *Quærerem pabulaturus hoſpitem*, مُضِيفًا in *part.* 4. a ضاف *Hoſpes aut conviva fuit.* Ejus 2. ضيّف & 4. اضاف *Hoſpitio aut convivio excepit.* أَقْتَادَ *compararem*, in *fut.* 8. a قاد med. *waw*, *Duxit*, *rexit* inſtar jumenti, quod manu ducitur. Facete hinc dictum, *ductilem mihi haberem* vel *obſequentem facerem panem.* Docte *Teblebius* المراد هنا اجتلب واحصّل *Ducerem hic valet compararem &* *acquirerem.* رَغِيف *Libum, panis rotunda ac depreſſiore forma.* Convenit eum ܪܓܝܦܐ *Syrorum.* Radix رغف *collectam offam, maſſam, formavit in buccellas, orbiculosve.*

50 Figuratiſſime poſitum, *impulit me agaſo famis.* Nempe حَادٍ eſt *part. præſ.* ab حدا *cantu impulit* camelos: unde in *Lexico* vertitur, *præcentor* camelorum. *Agaſo.* Ejus *plur. fr.* حُدَاةٌ quo Noſter uſus *conſ.* 12. ثم سرنا نزجي الحمولات بالدعوات لا بالحداة *Tunc profecti impulimus camelos pre-*

rem, ut *hoſpitem* mihi *de pabulo proſpecturum nanciſcerer*, aut *panem* alicubi mihi *compararem*. *Circumegit* autem me *agaſo famis*, & *patens mirabilium* merito *cognominatum fatum*, uſque dum ad domus alicujus oſtium reſtiti, dixique:

Regno donemini, O ædium harum incolæ.
Et vivatis in ſinu vitæ molliter virentis.

Quia

---

precationibus, non præcentoribus. سَغَبَة *fames*, a سَغِبَ *Eſurivit*. Origo latet. قَضَاءٌ *decretum, Fatum*; a قَضَا *decrevit, prædeſtinavit. &c.* Eſt ejuſdem *Originis* cum قصي קצה *ſecuit.* مُكَنَّي *cognominatum*; eſt *part. paſſ.* 2. a كني כנה *circumlocutus eſt; figurato nomine adfecit.* Suſpicor a *tegendo* & *velando* vim, haud dubie ſecundariam, profluxiſſe. Illas circumlocutiones amant *Arabes* per *Pater*, *Mater*, *Filius*, *Filia*, *Frater*, *Soror*, aliaque, efferre. Hoc colore ergo ابو العجب *Pater Miraculi* vocitatum Fatum; quippe quod *admirandis eventibus* ſoleat *ludere*.

51 حُيِّيتُم *Regno augeamini*. Proprie, *ſalutemini ſolenni acclamatione, Vivat.* Eſt *præt. paſſ.* 2. ab vel حَيِّيَ, vel حَيِيَ *vixit*. Si حَيَّ obtineat, eſt *defectus mediæ*. Si حَيِيَ eſt *quies tertiæ*. Idem in חַי & חיה *Hebræo* uſui veniſſe, in *inſtitut.* noſtris *Hebr.* indicatum. In 2. حَيَّا exponitur *creavit Regem*, & حَيَّاكَ الله *regno te beet Deus*. Item تَحِيَّة pro تَحْيِيَة *infin. fœm. Regnum*. nec non *Benedictio*, *ſalutatio ſolemnis*. Omnia eodem e fonte.

52 Admirabiliter figuratum, *vivatis in cuſtodia vitæ florentiſſimæ.* حِفْظ *cuſtodia* eſt *actio verbi* حفظ *conſervavit, obſervavit, cuſtodem egit, oculos intendit.* عَيْش *vita*, a عاش *med. je, vitam duxit*, unde præ-

cef-

مَا عِنْدَكُمْ لِٱبْنِ 53 سَبِيلٍ مُرْمِلِ ❊
نِضْوِ 54 سُرًى خَابِطِ لَيْلٍ أَلْيَلِ ❊
55 جَوِيهِ

ceſſit عشنشم. Ortam ſuſpicor notionem a עוש *circare*; unde עיש *circitor*. Ita *degere*, *agere*, abſolute. خَضِلٌ ſignat *recentem*, *mollem*, *teneram* plantam a خَضَلَ *maduit*; *copioſo ſucco*, *viruit*. Hinc jucunda tralatione عَيْشٌ خَضِلٌ *vita molli & recenti* ſemper *amœnitate virens* quaſi *ac vigens*. Habuimus jam ad *conſ.* 4.

53 إِبْنُ سَبِيلٍ *Filius itineris*: בן שביל. Eſt circumlocutio *viatoris* & *Peregrini*. Anſam phraſeos tene ex *Tebleb*. سمي الغريب ابن سبيل لانه اذا ظهر علي قوم لم يكونوا يعرفونه ولم يعرف له نسب الا السبيل *Vocatur peregrinus Filius itineris, quia quum apparet hominibus, eum ignorant, neque aliam ejus ſciunt cognationem quam itineris.* Simile in *Terræ filius* apud *Latinos* obtinuit. Non invenuſtum Ænigma his verſiculis incluſum.

ومنسوب الى من لم يلد
كذاك الله انزل في الكتاب ❊
واحيانا يكون كبير سن
واحيانا يكون من الشباب ❊

Eſt qui genus referat ad eum qui non gignit,
Sic Deus ipſe revelavit in Libro.
Iſque nonnunquam grandis eſt natu,
Nonnunquam vero ex adoleſcentibus eſt.

Nem-

Quid penes vos eſt pro filio itineris ad arenam redacto?
Attenuato nocturnis erroribus, & terram pulſante in nocte horridiſſima.

Ar-

Nempe in *Alcorano* quoque formula ſæpius adhibita. مُرْمِلٌ *ad arenam redactus.* Eſt *part.* 4. ab ارمل *commeatu caruit, egenus fuit.* Notio tracta a رَمْلٌ *arena:* unde proprie ſonat, *ad arenam recidit, pera penitus exhauſta.* Hinc & أَرْمَلَةٌ *vidua* ארמלתא in *Dial. Aram.* cujus *Aleph* male pro *Radicali* vulgo habetur. *Tebleb.* ad *Conſ.* 13. قال ابو البقا الارامل في الرجال والنساء واصل ذلك من ارمل القوم اذا فني زادهم ويقال الرجل الذي لا امراة له ارمل والمراة التي فقدت زوجها ارملة لان امرها يؤول الى الحاجة *Abulbeka ait Aramil cadere in viros & fæminas: a ſignificatione ꝟ Armala in iis quorum commeatus conſumtus. Hinc vir uxore privatus Armal, fœmina quæ virum amiſit Armalat dicta, quippe cui res redierit ad egeſtatem.*

54 نِضْوُ سُرَيً *Attenuatus nocturni itineris.* Radix نضا *exuit* veſtem: *detraxit* ſpolium: *ſtrinxit* gladium. &c. dat derivatum نِضْوٌ *Camelus macer, & attenuatus multo inceſſu, vel labore.* Item *Tritæ veſtis.* Hoc ordine prius: nam a نِضْوٌ انضاء tralatio facta ad *corpus tritum.* Pulcherrime nunc *Abuzeidus* ſemet vocat انضاء nocturnis erroribus conſumtum. *Origo* Thematis eadem, quæ ꝟ نصا נִצָּה *vulſit, vellendo carpſit, laceravit* &c. Non minus Emphatice ſtructum خَابِطُ لَيْلٍ *pulſator noctis,* i. e. *qui de nocte terram pede pulſat.* Verbum خبط חבט habuimus jam ad *Conſ.* 2. p. 48. Generatim notat *quatere*; unde ſpeciatim *terram quatere pede*, in *camelo*; præſertim *errabundo*

Q *prop-*

55 جَوِي ٱلحَشَي عَلَى ٱلطَّوِي مُشْتَمِل *
مَا ذَاقَ 56 مُذْ يَوْمَانِ طَعْمَ مَأْكَلِ *
وَلَا لَهُ فِي أَرْضِكُمْ مِنْ 57 مُقْبِلِ *

وَقَدْ

propter cæcitatem. Inde *Proverbialiter* dicunt خَبْطَ عَشْوَاء *prout terram pulſat luſcitioſa camelus ;* ad *vagabundum errorem* deſignandum. Huc allusum, ut obſervat *Tebleb.* هو مثل قولهم خبط خبط عشواء وهي الناقة التي لا تبصر بالليل فهي تخبط بيديها الارض اي تضرب ولا تهتدي الى الطريق فتارة تمشي في الطريق وتارة تخرج عنه *Eſt ſimile illi dicto, pulſans pulſationem Luſcitioſæ. Intelligitur Camelus quæ nihil diſpicit nocte. Ea manibus* (i. e. anterioribus pedibus) *terram quatit, & verberat, rectam viam haud tenens, ſed nunc in ea, nunc extra eam ruens.* Eſt etiam خبط ſpeciatim *fuſte injecto decuſſit folia, fructus.* Inde nata ſecunda apud *Golium* ſignificatio, *Beneficio adfecit incognitum ;* quaſi dicas, *decuſſit ei de arbore.* Figura alibi illuſtranda. الليل forma *comp.* & *ſuperl.* a ليل, *Nocte* ipſa conformatum, ad cujus *horrorem extremum* pingendum nihil gravius diriusque viſum, quam *adjectivum* ex *ſubſtantivo* ipſo conformatum, *Noctoſiſſima Nox.* Ejuſdem figurationis eſt, qua illud Apoſtoli ad *Rom.* 7: 13. ἡ ἁμαρτία καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς, ſive *peccatum peccantiſſimum.*

55 جَوِي *ardens interiore æſtu*, ex جَوٍ pro جَوِيٌ, formæ فَعِلٌ, a جَوِيَ *vehementi ardore intus adfectus* fuit. Notiones diſſonantes *verbi* hujus conciliavimus ad *conſ.*

3.

Ardent cui viſcera, ſuper inediam complicata.
Qui totum jam biduum nil deguſtat pabuli,
Nec in terra hac veſtra quid invenit refugii.

Ca-

3. p. 142. Inde etiam repeti poterit ſignatior illa vis, quæ in *æſtu* & *ardore famis* nunc venit.

طَوِيَ *Plicatio* quomodo ad *inediam* tranſierit, oſtenſum *conſ.* 1. p. 4. & *conſ.* 3. p. 137. 142. 143. مُشْتَمِلٌ *convolvens ſemet.* Eſt *part.* 8. a شمل *comprehendit, complexus eſt, univerſim involvit.* Hinc שִׂמְלָה *amiculum*, شَمْلَةٌ nec non שְׂמֹאל شِمَالٌ *ſiniſtra manus*; quod *involuta* fere maneat in ſinu. Item *Boreas*, a ſitu.

56 Inſignite ſtructum ذَاقَ طَعْمَ مَأْكَلٍ *guſtavit ſaporem cibi.* Nempe notio *guſtandi* in ذاق & داق a *tenuitate* vel *ſubtilitate* deſcendit, quam *Radix* דוק obtinet apud *Hebræos*: ut & دَقّ דקק. En *Clavim Harmoniæ* pro ſignificationibus diſſonantiſſimis ſub داق *deſipuit, demens fuit. Macie extenuatum fuit pecus. Pabuli inappetentia laboravit. Guſtavit.* Omnia a *tenuando* ducta. *Tenuis* mente; *Tenuis* corpore, &c. *Tenuavit* in ore, i. e. *guſtavit.* Apud *Chald.* דוק eſt *tenuiter comminuit* proprie: improprie, *exacte conſideravit: exploravit, expendit: ſubtiliſſime inſpexit.* Conſimiliter *Syri* traduxere. *Arabibus* ذاق *guſtui* unice dicatum. Inde & *explorandi* vis ſuccrevit, quaſi dicas *guſtavit aliquem.* Habes etiam apud Cl. *Gol.* *Attracto nervo expertus fuit arcum*; quaſi dicas, *Guſtavit arcum.* Ita γεύσαι τῆς θύρας *Guſtare januam*, apud *Ariſtophan.* & alia alibi promenda.

57 مَوْئِلٌ *refugium, aſylum*: pro مَوْأَلٌ. Ejus Radix وَأَلَ *confugit.* Primaria poteſtas, eadem, quæ in أَوَّلَ quod eſt *verti cum flexione.* Hinc etiam *Hebræum* הוֹאִיל deducea-

وَقَدْ دَجَا 58 جُنْحُ ٱلظَّلَامِ ٱلْمُسْبَلِ *
وَهْوَ مِنَ 59 ٱلْحَيْرَةِ فِي تَمَلْمُلِ *
فَهَلْ بِهَذَا 60 ٱلرَّبْعِ عَذْبُ ٱلْمَنْهَلِ *

يَقُولُ

cendum. Emphaſis magna in من موئل *de refugio*, pro *ullum refugium*. Redeatur ad *Conſ*. 3. *pag*. 165.

58 Recurrit hic uſus elegantiſſimus verbi دجا in *tenebris* omnia *operientibus*, & *involventibus*. Iſti verbo reſpondet جُنْحٌ *inclinatio* qualis eſt *alæ propendentis* ac *demiſſæ* ad *tegendum*. Hinc intelliges quæ apud Cl. *Golium* proſtant: *pars ſeu vigilia noctis; latus viæ; tractus ubi conſident & conquieſcunt* homines. *Aſylum; præſidium*. Omnia, ut vides, ab *alæ* uſu, & effectu. In *Hamaſa* reperio جنح الظلام *inclinationem alæ Caliginis* pro *veſpera ingruente*. Nil mirum; nam *Nocti Alas* attribuunt Poetæ: ut in *Hamaſa*:

لَيْلٌ سُخَامِيُّ ٱلْجَنَاحَيْنِ أَدْهَمُ *

Nox plumoſa ambabus alis, nigerrima.

Reſpondet imagini & مُسْبَلٌ *laxatus*, *promiſſus*, *demiſſus*; in *part*. 4. *paſſ*. a سبل, quatenus venit in *laxando dimittendoque operimento*, unde transfertur ad *nubes*, *pluvias*, *tenebras cœlo demiſſas*.

59 Conſtructio proprie ſic habet. *Et ipſe præ externatione in excoctione eſt*. حَيْرَةٌ *attonitæ mentis ſtupor; oculorumve præſtrictio*, ab حار *med. je.* *At-*

Caliginis interim demiſſa ala terras operit.
Atque ipſe externatus excoquitur ſub cineribus.
Eſtne jam in hac ſede aquatione dulci gaudens quis?

Qui

Attonitus fuit. Obſtupuit. Præſtrictus fuit viſus. &c. Item, *in verticem verſa fuit* aqua. Hæc ſignificatio peperit ſuperiores illas, quaſi dicas, *Vertiginem paſſus fuit.* Ergo حـــار *med. je* & *waw* non differunt *Origine*, nam & ſub حار حورا a *vertendo* omnes uſus effluxere.

تَمَلْمُل *verſatio irrequieta* ægrotantis; eſt *infin.* 2. verbi *quadriliteri* مَلْمَل a *Rad.* ملّ *cineribus calidis ſuppoſuit coquendum* panem. Hinc تَمَلْمَل *taliter excoctus fuit*: unde per Metaphoram aſſumtum, *de latere in latus ſe revolvit quieſcere neſciens.* Eadem vis & in ſimplici ملّ *calore febrili correptus fuit. Se verſavit in lecto irrequietus.*

60 Vocula مَرْبَع honeſtiſſime hic ponitur, ſecundum formulam ما اوسع مربعهم *quam laxa habitatio eorum.* Eſt proprie *cubatio*: dein *manſio*, & ſpeciatim *verna.* Venuſta formula adjectum, *Dulci aquatione præditus*, quam ſic enarrat *Teblebius* المنهل المورد والمنهل اسم مكان المنهل اي الشرب يقول فهل في المنزل رجل سخي كريم صاحب منهل عذب يقصده الواردون البته وكني بعذب المنهل عن كونه سهل العطاء *Vox* מִנְהַל *eſt aquatorium, ſive locus* נהל *bibitionis. Senſus eſt: An in domo hac eſt vir liberalis, munificus, dulci aquatione præditus, ad quem accedant aquam quærentes. Dulcem aquationis autem figuravit, ad liberalem in donando ſignandum.* Vides qua anſa مَنْهَل noſtrum in *Camuſo* exponatur quoque *magna munificentia*, vel potius الغاية في السخاء *prolixitas in largiendo*: quum ſcilicet tanquam *communi aquatorio* omnium neceſſitatibus ſubvenitur.

يَقُولُ ٱلِي 61 أَلْقِ عَصَاكَ وَأَدْخُلِ *

وَأَبْشِرْ 62 بِبِشْرٍ وَقِرًى مُعَجَّلِ *

قَالَ فَبَرَزَ إِلَيَّ 63 جُوَذَرٌ عَلَيْهِ شَوَذَرٌ

وَقَالَ

64 وَحُرْمَةٌ

61 أَلْقِ *projice.* Eſt *imper.* 4. a لقي *occurrit.* Proverbialiter dictum, *projicere baculum.* Id ita declarat *Teblebius* هذا كناية عن الاقامة وترك السفر فيقال للرجل اذا اقام بالمكان واطمان واجتمع له امره قد القي عصاه *Adhibetur figura hæc, quum ſiſtitur, & omittitur iter. Dicitur nempe de eo qui alicubi loci conſiſtit, confidetque, & cujus res jam compoſitæ, projecit ille baculum ſuum.* In *Moallekât* extat

وضعوا عصي الحاضر المتخيم *

Poſuere baculos redeuntis tentorium figentis.

A *Baculo viantis* figura ducta. Alterius *Originis*, لَيِّن العصا quod Cl. *Gol.* exponit, *benigne adminiſtrans juſtitiam.* Proprie ſonat *Lenis baculo*; eſtque *Metaph.* a *Paſtore*, qui leniter agit gregem. Ejuſdem eſt figurationis ضعيف العصا *debilis baculo*, pro تَرْعِيَةٌ *paſtore tenera cura oviculas impertiente.* Contrarium eſt صلب العصا *Durus baculo*, in *Rectore rigido*; vel *Tyrannico*: ut

Qui dicat baculum projice, & introgreditor:
Lætuſque ſis ob ſolutionem vultus, & hoſpitalitatem paratiſſimam.

Narrabat: ibi tum emicuit ad me juvenculus velamento lineo coopertus; dixitque.

Per

ut *Tauriz.* ad *Hamaſa* annotavit. Ad formulam انشقاق العصا pro *diſcordia*, teneatur, & eam a *re paſtoritia* deſumtam videri, ut *diruptio baculi* deſignet *abjectionem curæ*; indeque omnem *diſcordiam* cum *diſcidio*. Sic in *Hamaſa*

لَمْ نَشْقُقْ عَصَا ٱلدِّينِ *

Nequaquam frangemus Baculum religionis.

Hoc eſt: *non deſciſcemus a vera religione.* Adducit ibi *Taurizius* phraſin شقّ عصا المسلمين *fregit baculum Moſlemiorum*, pro *diſcidium*, & *divortium cum ipſis fecit.*

62 أَبْشِرْ *Lætus eſto.* In *Imperat.* 4. a بشر *nunciavit læti quid.* Hinc etiam ſequens بُشْر frequentari cœpit pro *ſoluto* & *hilari vultu*, qualis eſt *læta nunciantis.* Confer quæ ad *Conſ.* 3. p. 126. notata. Addatur ex *Teblebio* verſiculus, qui e noſtro Exemplari excidit:

مِنْ ذِي سَمَاحٍ لِلنَّدَا مُؤَمَّلِ *

A munifico ob munificentiam ſperato.

Radix سمح *beneficus, liberalis, facilis fuit*; in *Origine*, ut שמח, valet *enodis fuit.* نَدًا *munificentia*, proprie eſt *mador.* Vide ad *Conſ.* 3. p. 129. مُؤَمَّل *ſperatus*: in *part.* 2. *paſſ.* ab أمل, de quo ſupra *num.*

63 جُوذَرٌ *Juvenculus.* Proprie

64 وَحُرْمَةِ ٱلشَّيْخِ ٱلَّذِي سَنَّ ٱلْقِرَا *
65 وَأَسَّسَ ٱلْمَحْجُوجَ فِي أُمِّ ٱلْقُرَى *
مَا عِنْدَنَا 66 لِطَارِقٍ إِذَا عَرَا *
67 سِوَى

pric *pullus*, πῶλος. Ita *Tebleb.* اصل الجوذر ولد الغزال وفي الصحاح هو ولد البقرة الوحشية. *Origo hujus vocabuli in pullo cervi.*

Apud Gjeubarium deſignat pullum vaccæ Sylveſtris. Scribitur & جُؤْذَر. In *plurali* dat جَآذِر: ut in illo Poetæ.

يا من يدخل الكنيسة يوما
يلق فيها جآذرا وظباء *

O qui ingreditur cubile aliquando
In quo obvios habet hinnulos & Dorcades.

Alterum شَوْذَر, e *Perſico* جَادِر conformatum, *Linteum velamen* adfert, quo *mulieres*, & *pueri* utuntur.

64 حُرْمَة *Reverentia*; *Sacroſancta dignitas*, a חרם حرم *ſacer fuit.* Ita in *Hiſt. Sar.* p. 280. قامت حرمته

Stabilita eſt ejus auctoritas. Intelligitur per *Senem* hunc venerandum *Abrahamus.* سنّ *inſtituit*, ابتدا *condidit*, & quidem ut eſſet سنّة *Sunna*, *Lex*, *norma*, *Secta* vivendi. Inter *Muhammedis* dicta: من سنّ سنّة حسنة فله اجرها واجر من عمل

Per reverentiam Senis qui hoſpitalitatem condidit:
Et in Metropoli orbis viſitandam ſacram ædem fundavit:
Non eſt penes nos viatori nocturno, quum ſupervenerit,
Quic-

عمل بها الى
يوم القيامة
ومن سن سنة
سيئة فله وزرها
ووزر من عمل بها
الى يوم القيامة

Qui inſtituit ſectam bonam, ei erit merces tum ſua, tum omnium qui eam obſervant, uſque ad diem Reſurrectionis: qui autem condit ſectam malam, ei erit crimen tum ſuum, tum eorum omnium, qui eam ſecuti erunt, uſque ad diem Reſurrectionis. Primaria vis *Radicis* eadem eſt quæ in שנן, *polivit, expolivit, acuit poliendo, fricandove.* Hinc שן سنّ *Dens*; item *ætas*, quæ *dentibus* dignoſcitur.

65 اسس *Fundavit.* In *præt.* 2. ab اسّ, unde أُسّ & أَسَاس *fundamentum*: de quo ſupra. المَحْجُوج *feſtivitate Celebrata*, nempe *Meccana Ædes*, quæ البيت الحرام *Domus Sacroſancta* alias. Eſt *part. paſſ.* 1. ab حجّ חגג *Feſtum celebravit*: unde حَجّ *peregrinatio Meccana*, & حَاجّ *qui ſolennia illius peregrinationis obivit.* Hinc titulus *Hadgſi*, quo diſtingui amant Religioſiores. *Mater Urbium* eſt *Mecca.* De hac *Arabum* traditione, qua *Ædis Meccanæ* conſecratio ad *Abrahamum* refertur, adeatur Cl. *Reland.* de *Relig. Muhamm.*

66 طَارِق *nocturnus viator.* Eſt *part. præſ.* 1. a طرق *Noctu venit.* Hinc eleganter in *Hamaſa* هُمُومٌ طَارِقَاتٌ *ſollicitudines de nocte infeſtantes.* Item طارقة *infortunium*; q. d. *malum de nocte obruens.*

67 سِوَي ٱلْحَدِيثِ وَٱلْمُنَاخِ فِي ٱلذُّرَا *
وَكَيْفَ 68 يَقْرِي مَنْ نَفَا عَنْهُ ٱلْكَرَا *
69 طَوِي بَرِي أَعْظُمَهُ حِيِّنٌ ٱنْبَرَا *

فَمَا

Inſignite figuratum hinc in *Hamaſa*.

وَأَقْرِي ٱلْهُمُومَ ٱلطَّارِقَاتِ حَزَامَةً
إِذَا كَثُرَتْ لِلطَّارِقَاتِ ٱلْوَسَاوِسُ *

Ciboque ſollicitudines, noctu viantes, conſtantiam,
Quum multiplicantur nocturnis illis viatricibus ſuggeſtiones.

Hoc eſt: *Quicquid mœrorum in me ingruit, forti pectore excipio,* atque *conſtantia mea* vel *mordentiſſimas cogitationes* quaſi *Hoſpes* liberalis *paſco, ſuſtineo, apud me ſtabulari patior.*

67 سِوَي *præter*; in *conſtr.* a سِوَي; cujus Origo in *æquatione*: a سَوِي *æquus, rectus fuit*: *æquavit* שוה. حَدِيثٌ forma فَعِيلٌ ab حَدَثَ

חדש *novus fuit*, eſt proprie *vi* *novi quid*: *Fabula.* مُنَاخٌ *ſtabulum*: *locus ubi procumbitur a camelis.* Eſt *part. paſſ.* in 4. a نَاخ נוח *in genua decubuit*: *quievit.* Pro *Caſtris* uſurpatur *Hiſt. Tamerl.* 385. Nempe ut *Tebl.* monet, استعبر لكل موضع للنزول *Transfertur ad omnem locum in quem deſcenditur.* Sublimiore figura, in *Hamaſa* مُنَاخُ نَازِلَةٍ eſt *Campus prælii*, ſic dictus, quaſi

Quicquam, præter confabulationom, & ſtabulum in ſepto.
Quomodo enim cibo exciperet, a quo repulſus longe ſomnus eſt?
Ob inediam quæ oſſa dolat, ita ut exciſus ſit.

Quid

quaſi *procubitorium Cladis.* Sed verſiculus ipſe apponendus:

وَمُنَاخِ نَازِلَةٍ كَفَيْتُ وَفَارِسٍ .
نَهِلَتْ قَنَاتِي مِنْ مَطَاهُ وَعَلَّتْ *

Sæpe procubitorium cladis ſubſtiti, & ſæpe Equitem;
Cujus e dorſo haſta mea repetitis bibit hauſtibus.

Item hocce

أَبْرَكَهُمْ فِي مُنَاخِ جَعْجَعٍ يَنْقَبُ
فِيهِ ٱلْأَظَلُّ

Procumbere eos fecit in procubitorio aſpero, in quo perforatur ima ungula.

Pro, *eos ad extremam miſeriam redegit.*

68 يَقْرِي *cibo*, vel *hoſpitio*, *exciperet.* In *fut.* 1. a قرى קרה, cujus Origo eſt *occurrere.* كَرَأ vel كَرِي *propenſio in ſomnum*, pro كَرَى, a كَرِي *fodit:* item *med. keſrata* كَرِيَ *dormitavit, propenſus fuit in ſomnum.* Eſt notio ſecundaria, a *fodicando* tracta.

69 طَوِيّ *complicatio* viſcerum: *inedia*: ut ſupra demonſtratum. Conſtructio Elliptica, pro *ob inediam.* بَرَى *Præcidit, præſecando aſciavit, dolavit,*

فَمَا ٧٠ تَرَى فِيمَا ذَكَرْتَ مُمْتَرَا *

فَقُلْتُ مَا أَصْنَعُ بِمَنْزِلٍ ٧١ قَفْرٍ وَمَنْزِلٍ حِلْفِ فَقْرٍ وَلَكِنْ يَا فَتَى مُتَّسَمَّكٌ فَقَدْ فَتَنَنِي

vit, *aptavit*, lignum, arcum, &c. &c. Inde Proverbialis formula اعطيت القوس باريها *Arcum ſuo exaſciatori donavi*, i. e. *juſto poſſeſſori rem reſtitui.* Ad *Conſeſſ.* 6. plura, huic quidem uſui illuſtrando.

أَعْظُمٌ *oſſa*, eſt *plur. fr.* a عَظْمٌ עצם *os.* Grandi figura *oſſa aſciari*, *dolari*, dicuntur, quæ *fame tenuantur.* Huc pertinet, quod in *Lexico* enotatum, *extenuavit*, *defatigavit* eum labor, curſus &c. quaſi dicas *dolavit*, *aſciavit.* Sic Noſter *conſeſſ.* 17. شيخ برته الهموم ولوّحته السموم *ſenex, quem dolaverant curæ tabefacientes, & decoloraverant venti urentes.* Vicinum hocce in *Diw. Hud.*

أُنَاسٌ بَرَتْنَا ٱلْحَرْبُ جِذَالُ حِكَاكٍ *

Homines ſumus quos dolavit bellum : ſtipites confricationis.

Item

بَرَتِ ٱلْحَوَادِثُ وَٱلْأَيَّامُ وَفْرَتَهُ

وَلَا تَرَكْنَ لَهُ مِنْ رِيشٍ أَشْبَاهِ *

Dolarunt infortunia & Dies Cæſariem ejus; i. e. *fortunas copioſas.* *Neque reliquerunt ei quicquam de plumis compactioribus.*

Aſ-

· · · *Quid ergo vides circa id quod memoro, quid diſpicis?* Tum ego, Quid faciam in domicilio deſerto, & cum hoſpite *paupertatis ſocio?* ſed tamen, o puer, quod nomen tibi,

Affectate *Iſpahanenſis* in *vita Salad.* بَادَرَتْهُمْ الرُّمَاةُ وَبَرَتْهُمْ بِالْمَبَارِيَاتِ *oppugnarunt eos ſagittarii, & dedolarunt eos ſuis dolatis:* id eſt, *ſagittis.* Vides jam quid *Eſech.* 23: 47. ſit ברא בחרבות *dedolare gladiis.* Sequens إِنْبَرَا in *præt.* 7. ejuſdem *Radicis*, ſi retineatur حنبي, non admittit aliud, quam vel *attenuari*, vel *conſcindi*; *conſecari:* ut reddat *paſſivum* primæ; valeatque nunc *penitus conſici.* Naturam Linguæ hoc pati, non eſt quod dubitemus. *Teblebius* pro حنبي legit لِمَن; ut obtineat vulgatior ille uſus, quo انبرا valet *occurrere, obviam ire:* ſenſusque ſit, *ob inediam quæ oſſa dolat, cui occurrerit.* Id non e limpido fluit: ut nec alterum illud, لمّا انبرا *quum occurrerit*, vel *obverſatus fuerit;* quod verius eſſe monetur in *Apographo*, quo utor.

Vel ſic ſane ſententia claudicat; quæ recto talo ſtat, ſi teneas quod origo dat, in 7. *ſecari:* nam & notio illa *occurrendi* a *ſecando* profluxit; quatenus *ſecari* dicuntur, in quæ transverſim inciditur.

70 Non placet *Teblebius*, qui تَرَى *vides* utrumque refert ad *conſilium*, ut repetitio tantum ſit للتوكيد *ad Emphaſin.* Mihi prius *vides*, eſt *judicantis:* poſterius, *diſpicientis*, & *conſulentis*.

71 قَفْر *deſertum aqua & herba carens*, hic eleganter transfertur ad *domum cibo & potu deſtitutam.* Radix قَفِرَ exponitur *paucæ fuere opes, pauca carne* fuit. In 4. أقفر *reperit deſertam* urbem: *in deſertum ivit*, vel *venit. Caruit obſonio. Eſurivit.* Secundaria ſunt omnia. Origo necdum mihi perſpecta. حِلْف *ſocius;* proprie *qui juravit in fœdus: fœderatus.* Hinc illuſtri figura, *fœderatus egeſtatis*, pro *addicto* quaſi

فَتَنَنِي فَهْمُكَ فَقَالَ ٱسْمِي زَيْدٌ 72 وَمَنْشَأَيْ
فَيْدٌ 73 وَوَرَدْتُ إِلَى هَذِهِ ٱلْمَدَرَةِ أَمْسِ مَعَ
أَخْوَالِي مِنْ بَنِي عَبْسٍ فَقُلْتُ لَهُ زِدْنِي
74 إِيضَاحًا عِشْتَ وَنَعِشْتَ فَقَالَ أَخْبَرَتْنِي
أُمِّي بَرَّةُ وَهِيَ كَٱسْمِهَا 75 بَرَّةٌ أَنَّهَا
76 نَكَحَتْ

quaſi *ad perpetuam egeſtatem.* Radix حَلَفَ *juravit.* فَقْرٌ *egeſtas*, a فَقَرَ *fregit vertebras dorſi*: ut obſervatum ad *Conſ.* 3. *pag.* 140. 148. In *conſ.* 40. figuratur حِلْفُ شَجْوٍ وَشَجًى *Fœderatus mœroris & præfocationis.* Iterum, alia forma, حَلِيفُ إِفْلَاسٍ *fœderatus extremæ egeſtatis*, in *Conſ.* 15.

72 مَنْشَأَيْ *patria mea.* A *rad.* نَشَأَ *elatus fuit; ortus eſt: excrevit*: ſpeciatim, *adolevit*, deſcendit مَنْشَأٌ, pro موضع الذي نشات فيه *locus in quo adolevi: Natale ſolum.* In *Lexico Golii* omiſſa forma. نَاشِئٌ *adoleſcens*, & نَاشِئَةٌ *adoleſcentula*: ſunt *participia* hujus *Radicis*, cum eodem uſu ſignatiore. *Hebræis* נשא *efferre*, venit in *plantis*, & *germinibus* nonnunquam. Hac anſa *efferri* pro *adoleſcere* invaluit. فَيْدٌ *Pheida* eſt *oppidum* inter *Meccam* & *Bagdadum*.

73 وَرَدْتُ *deſcendi*; poteſtate illa latiore, qua & ירד *Hebræum* pollet. مَدَرَةٌ proprie *gleba*; hic *terram*, *regionem* conſignat. Sic *Latini* ſuam *glebam* ad *agros* permiſere.

74 زِدْنِي إِيضَاحًا *Auge me evidentiam*: i. e. *Copioſius*

tibi, ingenium namque tuum *faſcinavit me.* Ille vero, nomen mihi *Zeido*, & *Pheida* mihi patria eſt. In *hanc* autem *terram* deſcendi nuper admodum cum avunculis meis ex *Ebſidis*. Hic ego, copioſius me hæc edoceas, ita *Vivas*, atque *reſtaureris*. Ille iterum; retulit mihi mater mea *Berra*, *nomen & omen pietatis habens*, ſe anno quo *impreſ-*

ſius & evidentius me doceas. مزاد *med. je* eſt *auctus fuit*; & *auxit.* Ejus *imper.* I. مزيد. Proprietas eſt in *tumore aquarum excreſcentium. Abulfeda* ad Annum 720.

ووصلوا الى نهر جبحون
وكان زايدا فاقتحموه
فغرق جماعة

Et pervenerunt ad flumen Gichon, eratque tunc tumidus. Quumque inſiluiſſent merſi ſunt bene multi. Sic המים הזידונים *Aquæ tumidæ* apud *Pſaltem.* Vides unde *ſuperbia* apud *Hebræos* accreverit huic Radici. إيضاح *evidens demonſtratio*, & in *infin.* 4. a وضح *clarus*, *evidens*, *manifeſtus fuit.* Proprie, *Albicavit*; idem cum اوجح quod ad Originem ש הוכיח *evidenter arguere* viam mihi aperuit.

عيش *vivas*, in *præſ.* I. a عاش *vitam duxit*; quaſi dicas *circavit*, ut ſupra innui.

تنعش *inſtaureris*; eſt *præt. paſſ.* I. a نعش *extulit in altum*, *excitavit*: ſpeciatim a *lapſu*. Inde ſecundarium illud, *reſtauravit a paupertate*; q. d. *collapſum excitavit.* Solemni formula hinc percrebuit نعشك الله *reſuſcitet te Deus*, pro رفعك من عثرتك *erigat te e lapſatione*, ſive *rebus collapſis*. Ad Linguæ genium intimum *Iſpahanenſis* in *Hiſt. Salad.*

وجبرهم ونعشهم
وقد انكسروا وعثروا

Et conſolidavit eos, excitavitque, quum jam fracti, collapſique, eſſent. Iterum; *Laus Deo*

الذي نعش عثار الثغر

qui excitavit res collapſas urbis præſidiariæ.

75 برة *Berra.* Nomen proprium *Piam* reſonans. Venuſte ergo enunciatum; *Mater mea Pia*,

76 نَكَحَتْ عَامَ ٱلْغَارَةِ بِمَاوَانَ رَجُلًا مِنْ
سَرَاةِ سَرُوجَ وَغَسَّانَ فَلَمَّا آنَسَ مِنْهَا
77 ٱلْإِثْقَالَ وَكَانَ بَاقِعَةً عَلَى مَا يُقَالُ
ظَعَنَ

Pia, quæ ut nomen ejus fert erat Pia. Radix برّ ברר *purus fuit.*

76 نَكَحَتْ *nupſit.* In *præt.* 1. a نَكَحَ, quod de *copulatione* frequentatur, atque de *viris* valet *duxit*, de *fœminis*, *nupſit*. *Notio* primaria non comparet. Suſpicabar olim, *Hebræum* נכח *e regione*; *coram*, anſam præbuiſſe uſui verecundo: nec pœnitet conjecturæ ad *Gen.* 3: expoſitæ. Inquirendum tamen, unde נכח *ſitus adverſi* vim induerit, antequam certi quid conſtitui queat. Sciatur itaque نكخ in *Camuſo* reddi per نهز *feriit*, *pepulit*, *impulit*; unde quo modo ad Originem perveniri queat, alibi diſquirendum. Ad ماوان annotatum a *Tebl.* هو موضع بطريق مكة وقيل بلد

هناك *eſt locus in via Meccæ: alii dicunt eſſe oppidum.*

77 إِثْقَال *gravidam eſſe* in *infin.* 4. a ثقل שקל *ponderavit*: unde اثقل *onere preſſit* ſarcina: & اثقلت المرأة *uterum tulit fœmina*: præſertim التي ثقل حملها في بطنها *cujus ſarcina gravior jam facta.*

بَاقِعَةٌ eſt *part.* 1. *fœm.* a بقع *abivit in vallem Turpibus dictis impetiit. Nigro alboque variegata fuit cornix.* &c. In *Golio* hæc forma exponitur, *infortunium.* Item, *ſubtilis*, *verſutus* &c. nec non, *volucris non audens adire aquam bibendi cauſa, quia metuit capi.* Ad *Harmoniam* prælucebit *Teblebius*: باقعة اي داهية محتال خداع يقال باقعة

preſſionem hoſtilem paſſa eſt *Mawana*, nupſiſſe viro ex primariis *Serusji* & *Gaſſani*. At illum, quum gravidam eam animadvertiſſet, ut *vagatorem* eum ferebat fama, ab ea clau-

بـاقـعـة من الـبـواقـع. اي
داهـيـة مـن الـدواهـي
وقـيـل الـبـاقـعـة الـذي
جـال بـقـاع الارض وعـرف
خبرهـا وشرهـا قـال ابـن
الانـبـاري فـلان بـاقـعـة
داهية اي حذر محتال
حاذق والباقعة عند
العرب الطاير الحذر
المحتال الذي يشرب
الماء من المباقع لا يرد
المشارع والمياه المحصورة
خوفا من ان يحتال
عليه فيصطاد ثم شبه
كل حذر محتال
قال الميداني واصله
من البقع يقال غراب
ابقع وسنة بقعاء اذا
كان فيها خصب
وجدب والباقعة الداهية
نفسها *Vox Bakia ſignat*

aſtutum, verſutum, deceptorem: unde dicitur eſt Bakia e Bawaki, pro unus ex aſtutis. Dicitur, Bakia proprie deſignat eum qui tractus terrarum pervagatur, bona & mala earum experiens. Anbarides ait, Bakia Dabia vocatur *cautus, verſutus, ſolers. Eſt autem Bakia apud Arabes Avis cauta, verſuta, quæ aquam bibit e locis ſtagnantibus; non deſcendens in loca publica aquationis, & aquarum; metuens ne inſidiis ſtructis capiatur. Inde per ſimilitudinem ſic dictus omnis cautus, verſutus. Meidanius auctor eſt, originem ſitam eſſe in variegatione coloris; quod dicatur* ערב אבקע *cornix variegatus:* & שנה בקעא *Annus variegatus; quum in ea fertilitas ſimul & ſterilitas exiſtit. Etiam Bakia abſolute pro Dabia venit.* Ex his colligere eſt, *Criticos Arabum* inter ſe diſſidere: & aliis *Bakia* eſſe *vagantem* in genere: aliis *Cornicem*, vel a *vagatione* ſic dictum, vel a *colore variegato*. Ad *Harmoniam* cum *Hebræo* בקע *fidit*, nos ducit *derivatum* بُقْعَةٌ & بِقْعَةٌ, בִּקְעָה *vallis, plani-*

ظَعَنَ عَنْهَا سِرًّا 78 وَهَلُمَّ جَرًّا فَمَا يُعْرَفُ أَحَيٌّ هُوَ 79 فَيُتَوَقَّعُ أَمْ أَوْدَعَ ٱللَّحْدَ ٱلْبَلْقَعَ فَقَالَ

ties inter montes; *terræ tractus depreſſior*: ſpeciatim in quo *reſtagnat aqua*. A *fiſſura* appellatio ducta. Inde بغع *abivit per terras, omnes valles luſtrans*. Sic jam *impoſtori*, omnique adeo *verſuto*, *multorum mores qui vidit & urbes*, nomen inditum, non abhorret. Valde tamen adblanditur imago *Cornicis*, tranſlata ad eundem: nam & aliis in *Linguis* idem factum. Uſurpatur in *Hiſt. Tamerl.* pag. 46. ubi *Timurus* ipſe vocatur *Bakia*; quod omnes *terras percurreret*, & *infeſtaret*.

78 هَلُمَّ جَرًّا *uſque huc*; *ad hoc uſque tempus*. Eſt formula tam ad *locum*, quam ad *tempus* ſe præbens. De هلمّ ſupra dictum. جَرًّا deſcendit a جرّ *traxit*; quaſi *huc tractim*. Nonnunquam adhibetur pro formula *hortandi*, valetque *firmo gradu perge*, vel & *pergite*.

79 فَيُتَوَقَّعُ *ut expectetur*; *ut proinde expectari debeat*. Eſt *fut. paſſ.* in 5. *figuratum* per *phata*, pro يتوقّع, a وقع *cecidit*, *concidit*, *procubuit*, &c. Convenit *Hebræum* יקע *luxari*; *cum luxatione & fragore decidere* e loco. Inde in *gravi lapſu*, & *ruina* cum *fragore*, proprie veniens, late uſum permittit, notatque, *ruere* ex alto, *proruere*, *ingruere*, *incumbere*, *accidere*, *obruere*, *obterere*, & alia, quæ hinc facile in ordinem redigentur. *Expectandi* poteſtas adſcita ſub توقّع quaſi *ſpectavit quid caderet*. Sic *Hiſt. Tamerl.* 315. كان متوقّعا من تيمور اضعاف هذه الشرور *Expectans erat a Timuro duplum horundem malorum*. Sæpe inſinuo, nulla *Lexica Linguæ* copiam omnem præſtare: veluti hac ſub *Radice* locutionum ſatis ampla ſeges extat, quam fru-

clauculum diſceſſiſſe. *Ad hoc temporis* autem ignoratur vivuſne ſit, & adhuc expectandus; an in *cavum* depoſitus *ſo-*

fruſtra ibi quæras. *Hiſt. Sar.* 124. وقع ومات *ægrotavit, & mortuus eſt.* Sic *cubuit* abſolute; & *decubuit.* Et p. 126. اوقع بينهم *diſcordiam inter eos ſparſit:* Proprie *injecit inter eos:* ab uſu 1. *conj.* وقع بينهم *cecidit inter eos;* pro *diſſidium ortum eſt;* quod reperies *Abulphar.* pag. 271. Plena phraſis eſt وقع بينهم كلام *cecidit inter eos ſermo,* pro *contentio orta eſt,* ut *Tauriz.* ad *Hamaſa* notavit. Elegans quoque illud *Abulphar.* p. 208. وقع الكلام في قلبه *Cecidit ſermo in cor ejus,* pro *adfecit eum; eique quaſi impreſſus eſt.* Hinc intelliges *Hiſt. Tamerl.* p. 105. فعجب تيمور هذا الكلام ووقع من قلبه بمكان ومقام *Admiratusque eſt Timurus hunc ſermonem, iſque in ejus corde gradum locumque occupavit.* Proprie, *cecidit in gradum & locum de corde ejus.* Ejuſdem eſt virtutis, quod apud *Algaza-*

lium crebro occurrit, وقع موقع الرضاء *cecidit in locum complacentiæ:* hoc eſt *benigne auditus & exceptus fuit ſermo.* Inſignis ſtructura *Maccab. Cap.* 56. لا طاعة اعظم قدرا ولا اجلّ موقعا *non eſt obedientia majoris pretii, quæque magis placeat.* Proprie *inſignior* quoad *locum in quem cadat.* i. e. *quæ cumulatior accidat.* Qui talia e *Lexicis* haurire cupit, idem fluminis copiam expectet e canali. Sequens أُودِعَ *depoſitus ſit,* eſt *præt. paſſ.* 4. a ودع *poſuit.* Inde dicitur اودعه الشي cum *gemino accuſativo:* pro *depoſuit apud eum rem.* Ad hanc normam *an depoſitus ſit ſepulcrum,* pro *in ſepulcro, apud ſepulcrum,* quaſi *in cuſtodia ejus.* لَحْدٌ *flexura, cavitas in latere auſtrali* في قبلة القبر *in kibla, ſepulcri.* Verbum لَحَدَ hinc valet, *excavavit in latere ſepulcri conditorium.* Proprietas in

 flexu

قَالَ أَبُو زَيْدٍ فَعَلِمْتُ 80 بِصِحَّةِ ٱلْعَلَامَاتِ أَنَّهُ

flexu ſive *obliquatione*, unde *Harmoniam* reliquarum notionum ſibi facile præſtabit quiſque. بَلْقَعٌ *terra inculta*, *inhabitata*, *vacua*, vel per *appoſitionem* venit, ut *ſepulcrum* directe vocetur *regio inhabitata*: vel ut *Epitheton* adjungitur *ſepulcro*, quatenus بَلْقَعٌ in *Origine* eſt *Adjectivum*. Sic directa ſtructura exiſteret *ſepulcrum deſertum*, *incultumve*. Reperio etiam بلقع & *fœmin.* بلقعة abſolute pro *ſepulcro* uſurpari apud Poëtas. Sic in *Hamaſa*.

أَضْحَى أَبُو ٱلْقَاسِمِ ٱلثَّاوِي بِبَلْقَعَةٍ
تَسْفِي ٱلرِّيَاحُ عَلَيْهِ مِنْ سَوَافِيهَا *

Eo rediit Abulkaſimus, habitans in deſerto,
Ut converrant venti ſuper eum de pulvere quem radere ſolent.

Iterum:

أَضْحَى قِرًى لِلْمَنَايَا رَهْنَ بَلْقَعَةٍ
وَقَدْ يَكُونُ غَدَاةَ ٱلرَّوْعِ يَقْرِيهَا *

Evaſit pabulum Mortibus, Pignus deſerti, i. e. *ſepulcri:*
Quum tamen tempore prælii Eas ipſe pabulo excipere ſoleret.

Hoc eſt, *evaſit eſca Mortis, qui Mortem ipſe cibare ſolebat fortiſſimus præliator.* In *plurali* بَلَاقِعُ; quo

quo

ſolitarium? Agnoſcebam, adjecit *Abuzeydus*, ſignorum e-
vi-

quo uſus *Muhammedes*; cujus hocce dictum refertur اليمين الفاجرة تذر الديار بلاقع *Jusjurandum mendax relinquit ſedes deſerta*: i. e. *eas in deſerta horrida convertit*. Etiam بلقعة in *Camuſo* ſignificare dicitur المرأة الخالية من كل خير *mulierem vacuam omni bono*. Eſt figurata locutio, qua *deſertum* pro *tali muliere* invaluit. Additur ibidem, وسهم او سنان بلقعي صافي النصل *Item ſagitta, aut cuſpis Belkayi, cujus nitet acies*. Mirum cum *deſerto* una in ſede conſiſtere *nitorem*. Idem tamen in *Radice* ipſa *quadrilitera* quoque obſervare eſt; nam in *Camuſo* ea ſic declaratur بلقع البلد اقفر وابلنقع الكرب انفرج والصبح اضاء *Verbum Belkaa in* 1. *ſpecie de regione dicitur quæ deſerta eſt*: *in* 3. *de mœrore quum diſcutitur*; & *de aurora quum niteſcit*. Hinc conjectare licet, primariam vim eſſe in *nitenti ſplendore*: indeque tranſitum factum ad *loca ſabulo perpetuo nitentia*, qualia ſunt *deſerta Arabiæ*. Firmat conjecturam, quod in *Camuſo* ſubnectitur ويقال الطريق صلنقع بلنقع *Vocatur etiam via publica, Salenkaô Balenkao*. Prius ſonat *raſum* vel *raſile*; poſterius, ut videtur, *nitens quid*; præ *duritie calcata* videlicet.

80 صحّة *veritas*, *integritas*, *ſanitas*. Proprie *nitens claritas*; a صحّ *ſanus*, *integer*, *vitii expers*, *verus fuit*: item, *convaluit a morbo*. Omnia a *nitida claritate*, quam ſub צחח ſervarunt *Hebræi*; quin & *Arabes* ipſi: nam صحصح *evidens fuit*, hinc aperte ductum; & ضحّ *Lux ſolis*, quin & *ſol* ipſe, ex hoc fonte: una cum ضحضح *manifeſta & evidens fuit* res; *huc illuc agitata fuit apparens* procul aqua; q. d. *renituit*, *reniduit*, *reſplenduit*. In *Pſalmis* צחיחה *ſplendens*, *nitens*, pro *deſerto arido* & *ſiticuloſo* venit, quaſi dicas

ſoli

أَنَّهُ وَالِدِي وَصَدَفَنِي عَنِ 81 ٱلتَّعَرُّفِ إِلَيْهِ
صِفْرُ

ſoli expoſitam & nitentem planitiem. Similiter ضَحْضَح *campus terræ amplus ſoli expoſitus.* Hæc pro *Origine* & *Harmonia* nunc ſuffecerint. عَلَامَاتٌ *ſigna*, in *plur. fr.* a علامة *nota impreſſa*; cujus *Radix* علم *ſignavit incisione* vel *fiſſura facta.* Idem valuiſſe עלם, indeque נעלם eſſe *ſignari*, *obſignari*, in *opuſc. de Defect.* adſtructum. *Sciendi* ſignificationem, quæ præceſſit, etiam a *ſignatione* fluxiſſe, ibidem demonſtratum.

81 تَعَرُّف *notum facere: indicare.* Eſt *infin.* 5. a عرف *cognovit; intime penetravit; rimatus eſt viſcera:* ut fit in *Anatomia.* Dictum in *Clavi Dial.* p. 273. صِفْرُ يَدٍ *vacuitas manus*, pro *inopia.* Supra *num.* 14. jam dedi صِفْرُ ٱلْإِنَاءِ *vacuitas vaſis*, pro *interitione pecorum*, & *inopia omnium rerum.* Oculis ibi ſubjeci notiones præcipuas *Thematis* صفر 1. *Sibilavit*, *fiſtulavit.* 2. *vacua*, *inanis fuit*, res; ut ſupellectile domus. 3. *Palluit* e ventris morbo: *inedia*, puta, ſive *vacuitate ventris*, ut viſum, *num.* 14. Poſterius hoc a *ſecundo* ortum, cuivis cernere eſt: ſed non adeo promta concordia inter *ſecundam* & *primum.* Ut ea inveniatur, tenendus uſus ſignatus, quo dicitur صفر المنزل من المتاع اذا خلا *Domus* צפר a *ſupellectile*, quum ea penitus vacua eſt. Sentire incipis, qui in *Linguis* calles, eſſe *uſum figuratiorem.* Ejus *Originem* & *anſam* porriget illud Poëtæ in *Hamaſa*

سَلَبْتِ عِظَامِي لَحْمَهَا فَتَرَكْتِهَا
مُجَرَّدَةً تَضْحَى إِلَيْكِ وَتَخْصَرُ *

فَأَخْلَيْتِهَا

videntia, eſſe hunc meum Filium, ſed *Vacuitas manus meæ* me

فَأَخْلَيْتَهَا مِنْ مُخِّهَا فَتَرَكْتَهَا
أَنَابِيبَ فِي أَجْوَافِهَا ٱلرِّيحُ تَصْفِرُ

Spoliaſti oſſa mea carne ſua, eaque liquiſti
Nudata, ſolem a te patientia, & frigus.
Et exinaniviſti ea medullis, eaque reliquiſti
Fiſtulas, quarum in cavis ventus ſibilet.

Eſt phantaſia amatoria. Sermo ad Amicam directus: quo *medullis evacuata oſſa* ſibi *perflabilia* facta dicit *inſtar fiſtularum.* Vides, quomodo خلا *evacuatus fuit*, & صفر *Sibilavit* unam ſedem intrare queant.

Figura bifariam ſeſe dat. Dicitur nempe *venti ſibilant per cava domus*, ad pingendam *domum inaniis* & *araneis oppletam*: & *ipſa domus ſibilat*, hoc eſt, *ad inanitatem* extremam *redacta eſt.* Eadem granditate figuratur in *Diwan Hudeil:*

بَطْنٌ جَائِعٌ صَفِرٌ

Venter famelicus, ſibilans vacuitate.

Addantur hæc iis, quæ *conſ.* 3. pag. 133. verbulo indicata; ubi habuimus صَفِرَتْ الراحة *ſibilavit vola*, pro *facta eſt inanis.* Sed unde jam *ſibilandi* ducta poteſtas? Id non jucundæ ſolum, ſed & neceſſariæ diſquiſitionis, alibi exprometur.

صَفْرُ يَدِي فَفَصَلْتُ عَنْهُ 82 بِكَبِدٍ مَرْضُوضَةٍ
وَدُمُوعٍ

وَكُبَيْدَاتُ ٱلسَّمَاءِ
كَأَنَّهُمْ صَغَّرُوهَا
كُبَيْدَةً ثُمَّ جَمَعُوا
وَكَبِدُ ٱلْقَوْسِ مَقْبَضُهَا
يُقَالُ ضَعِ ٱلسَّهْمَ عَلَى
كَبِدِ ٱلْقَوْسِ وَهْيَ مَا
بَيْنَ طَرَفَيْ مَقْبَضِهَا
وَمَجْرَى ٱلسَّهْمِ مِنْهَا

Et Hepar cæli eſt Medium ejus. Dicitur, in 2. ſtella jecur cæli tetigit, pro ad medium pervenit cœlum: Itemque in 5. ſol jecur attigit, pro tenuit medium cæli. Et jecuſcula cæli figurantur, *adſcito quaſi diminutivo Cobeida; indeque pluraliter Cobeidât. Etiam jecur arcus, eſt ſpatium quo retinetur: diciturque, pone ſagittam ſuper jecur arcus: hoc eſt, mediam illud inter extremitates ſpatii, quod tenetur manu, & unde*

82 فَصَلْتُ *diremtus ſum.* In *præt.* 1. a فصل *diremit, disjunxit, diſcrevit.* Apud *Hebræos* פצל occurrit pro *diremtione corticis.* Vides, *ſecundarium* eſſe τὸ *digreſſus eſt, ſeceſſit* e loco, q. d. *diremtus eſt* inde. كَبِدٌ *Hepar*, כָּבֵד, a *gravitate*, quæ in *Radice* כבד. Apud *Arabes* كَبَدَ *læſit in hepate*, eſt *ſecundarii* uſus. In 2. كَبَّدَ exponitur *medium ſummumque* cœlum *tenuit* ſol, ſtella. Id longius abire videtur. Ab *Hepate* deducit *Gjeubarius*, notioni *Hepatis* ſubjungens mox

وَكَبِدُ ٱلسَّمَاءِ وَسَطُهَا
يُقَالُ كَبَّدَ ٱلنَّجْمُ
ٱلسَّمَاءَ أَيْ تَوَسَّطَهَا
وَتَكَبَّدَتِ ٱلشَّمْسُ أَيْ
صَارَتْ فِي كَبِدِ ٱلسَّمَاءِ

me deterruit, quo minus me ipſi præberem cognoſcendum: ab

unde emittitur ſagitta. Copioſior in notionibus hiſce promendis *Camuſus:* والكبد الجوف ووسط الشي ومعظمه ومن القوس ما بين طرفي علاقتها او قدر ذراع من مقبضها وبالتحريك عظم البطن والهواء والشدة والمشقة ووسط الرمل ووسط السماء كالكبيداء والكبيدات والكبداء والكبد وتكبدت الشمس السماء صارت في كبيدائها ككبدت تكبيدا *Etiam Cabid Hepar dicitur venter, & Medium cujusque rei, ac præcipua pars ejus: nec non in Arcu, quod inter duas oras ſpatii unde ſuſpendi ſolet, aut ſpatium cubiti de capulo ejus. At Cabad cum gemino phata, eſt magnitudo ventris, & ſpatium inter cœlum & terram; & vehementia; & moleſtia: & medium arenoſi ſoli; & medium cœli; ut & Cobeidao; & Cobeidât; & Cabdao; & Cabd; indeque in* 5. הכבדת אלשמא *de ſole quum in cœli Cobeida verſatur: quod & in* 2. כבדת *cum infin.* תכביד. Ad hunc calculum non a *jecore* fluxerit hic uſus, ſed a *gravitate.* Nempe כָּבֵד كَبِدٌ eſt *jecur*, in *forma particip.* quaſi dicas *gravans*, ſive *grave viſcus:* ſed كَبْدٌ כָּבֵד vel כֹּבֶד *ſubſtantivam* formam habet, quæ *gravitatem* conſignet. Ita *Haririus conſ.* 15. كَبَدُ حَرٍّ *gravitatem caloris* extulit. Apud *Golium* in *fœmin.* كَبْدَةٌ *vehementia, adverſitas:* proprie *gravitas, vis gravior.* Inde *diminutiva* forma proceſſit كُبَيْدَةٌ unde كُبَيْدَاتُ ٱلسَّمَاءِ

T *ſubli-*

وَدُمُوعٍ مَرْضُوضَةٍ فَهَلْ سَمِعْتُمْ يَا أُولِي ٱلْأَلْبَابِ بِأَعْجَبَ مِنْ هٰذَا ٱلْعُجَابِ فَقُلْنَا لَهُ لَا وَمَنْ عِنْدَهُ عِلْمُ ٱلْكِتَابِ [83] فَقَالَ أَثْبِتُوهَا.

ſublimiores partes cœli, forte dictæ, *a vehementia caloris*; quia quum ſol in iis verſatur, exiſtit كَبَدَةُ ٱلْحَرِّ *gravitas æſtus*. Ejuſdem eſt *diminutionis* كُبَيْبَدَةٌ *graviuſcula*, a كُبَيْدَةٌ quod eſt *fæm.* ab أَكْبَدُ אַכְבָּד *gravior, corpulentus*: ut *graviuſcula cœli* appellata fuerit *pars* ejus *ſublimior & media*: & *ſol graviuſculam tenere* dicatur, quum mediam cœli partem permetitur. Sic voluiſſe videtur Auctor *Camuſi*. Quicquid ſit, meridie clarius elucet, كَبَد apud *Arabes* æque ac *Hebræos* deſignare *gravitatem*; & nullum hic eſſe diſſenſum. A *gravitate* etiam ductum in 3. كابد *dura ſuſcepit*, vel *toleravit*: ut in *Hiſt. Tamerl.* p. 13. وكابدوا احوال الموت وشاهدوا اهوال الفوت *& præſentiſſimam mortem ſubſtiterunt; terroreſque exitii coram adſpexerunt.* Reperio etiam مَكَابِدُ *plur. fr.* a مَكْبَدَةٌ, pro *locis ubi gravia pericula adeunda.* Ceterum كَبِدٌ *Hepar* commemorari ſolet ab *Orientalibus*, ubi *gravis dolor* exprimendus. Sic & *Græcis* Proverbiale fere, ἐᾷ κακὸν ἧπαρ τάχει; *Ælian.* V. H. 8. 9. & θιγγάνει πρὸς ἧπαρ apud *Æſch. Agam.* 442. Sentis quantam vim exerat *Hepar contuſum.* مَرْضُوضَةٌ *partic. paſſ.* a رَضَّ רצץ *contudit, tundendo contrivit*: ſpec. *in partes groſſiores.* دُمُوعٌ

ab eoque revulſus ſum, *jecore contuſo*, & *lacrimis ubertim profuſis.* Num vero audiviſtis, o Cordati, hocce mirando quidquam admirabilius? Hic nos, non ſane, per il-

lacrymæ, a دَمَعَ דָּמַע; cujus *fœm.* دَمْعَة דִּמְעָה, a דָּמַע دَمَعَ *lacrymatus eſt.* مفضوضة *profuſæ*; proprie *diſperſæ*, *ſparſim procedentes*: in *part. paſſ.* a فضّ *fregit cum divulſione*; *diſperſit*; פצץ: ut Tom. I. Origin. indicavi. Verbum hoc ad *aquas profuſas* transfertur, ſed eas potiſſimum, quæ per *aërem cum roratione ſparguntur*: veluti quum per *Siphonem expreſſæ radiatim ſeſe diſſipant.* Nil aptius, grandiusque, ad *lacrymarum impetum* conſignandum.

83 أَلْكِتَابُ *Liber*, κατ' ἐξοχὴν hic eſt vel *Alcoranus*; vel اللوح المحفوظ *Tabula aſſervata decretorum Dei.* أَثْبِتُوا *inſerite*; in *imper.* 4. a *Rad.* ثبت *Firmus*, *fixus*, *fuit.* عَجَائِبُ *admiranda* eſt *plur. fr.* a عَجِيبَة. Abſolute frequentari amat pro *eventis gravioribus.* In *Hamaſa*

وهذا الدهر جم عجايبة *

Quod ad ſeculum hoc, mirandi ejus caſus abundant.

إِتِّفَاق *eventus*, *caſus*, eſt *infin.* 8. a وفق *convenit*, *congruit.* Suſpicor alluſum ad Titulum Libri, qui inſcribitur, *Admirabilia eventus.*

أَثْبِتُوهَا فِي عَجَائِبِ ٱلِٱتِّفَاقِ 84 وَخَلِّدُوهَا بِبُطُونِ ٱلْأَوْرَاقِ فَمَا سُبِرَ مِثْلُهَا فِي ٱلْآفَاقِ وَأَحْضَرْنَا 85 ٱلدَّوَاةَ وَأَسَاوِدَهَا وَرَقَشْنَا ٱلْحِكَايَةَ عَلَى مَا سَرَدَهَا ثُمَّ 86 ٱسْتَنْبَطْنَا عَنْ

84 خَلِّدُوا *perennare facite.* Eſt *imper.* 2. a خَلَدَ *perennavit; vegeta viridique ſenecta fuit.* Convenit cum חלד. *Ventres foliorum*, pro *Librorum*, *chartarumve*, *paginis.* وَرَقٌ *folium*, & *frons*, a وَرِقَ ירק *viridis fuit.* Utrumque uſum pulchre complectitur *Nawabig.*

ما الثمر اليانع تحت خضرة الورق *
باحسن من الخط الرايع في بياض الورق *

Non eſt fructus matureſcens ſub viriditate folii
Pulchrior, quam ſtilus jucundus in albedine chartæ.

85 دَوَاةٌ *Atramentarium*; quod alias مِحْبَرَةٌ ab حِبْرٌ *atramentum.* Id *Hebræis* דְיוֹ, a *Rad.* דָיַו, quæ cum דָוַי, دَوِيَ, ejuſdem *Originis*, & *poteſtatis.* أَسَاوِدُ *Inſtrumenta*: eſt *plur. fr.* a سَوَادٌ *nigredo*; indeque *omne corpus procul apparens, in oculosque incurrens*, cum aliqua *nigredine*, vel *ſpecie ſubobſcura*: شخص. Hinc

illum qui *ſcientiam poſſidet Libri fatorum.* Et illi, hoc ergo *Admirabilibus eventuum* inſertate, & *in ventribus foliorum perenni memoriæ commendate*, neque enim quicquam ſimile uſpiam terrarum divulgatum eſt. Atramentario itaque & reliquo inſtrumento admoveri juſſis, *exaravimus narrationem* illam prout eam nobis *contextam dederat.* Deinde interrogavi-

Hinc porro *numerus multus, apparatus, inſtrumentum; impedimenta* caſtrorum; *ſupellex* ædium. *Pagi villæque* agrorum. &c. &c. &c. Non placet quod *Scholiaſtes* velit eſſe *plur.* ab أَسْوَدُ *Niger, Æthiops*; ut *calami ſcriptorii* figurate vocentur *Nigritæ.* رَقَشْنَا *exaravimus:* in *præt.* 1. a رَقَشَ *figuris ornavit, pinxit, punctis albis nigriſque variegavit.* حِكَايَةٌ *narratio*, ab حَكَي *narravit, retulit*; a ſignificatione primigenia *nectendi*, quam attigi ad *Jobi Cap.* 3. Aptiſſime ergo hic locatum quoque سَرَدَ *conſeruit, contexuit; contexta oratione denarravit.*

86 إِسْتَنْبَطْنَا *Elicuimus interrogando.* Eſt *præt.* 10. a نَبَطَ *ſcaturivit; emanavit* aqua. Inde *conj.* 10. proprie *elicuit aquam*: quod pulcre tranſlatum ad *interrogationes quibus ſcientia alicujus evocatur quaſi e fonte.* مُرْتَآهُ *Sententia ejus.* Eſt *part. paſſ.* 8. مُرْتَآءٌ pro مُرْتَأَيٌ *id quod videtur alicui; quod deliberatum habet, propoſitumve.* Radix رَأَي ראה *vidit.* إِسْتِضْمَامٌ *aſſumtio:* in *infin.* 10. a ضَمَّ *contraxit in ſe, attraxit, aggregavit.* Proprietas in *conſtringendo, adſtringendove* ſita, ut tetigi ad *conſ.* 1. p. 19. Hinc adſcitum, ضَمَّهُمْ اَلَيْهِ *recepit eos ad ſe*, vel *in clientelam, ſinumve, ſuſcepit.* In *Hamaſa* vetus Poëta ſa-

عَنْ مُرْتَآهُ فِي ٱسْتِضْمَامِ سَنَاهُ فَقَالَ إِذًا
تَثْقُلَ 87 رُدْنِي خَفَّ عَلَيَّ أَنْ أَكْفُلَ ٱبْنِي
فَقُلْنَا إِنْ كَانَ 88 يَكْفِيكَ نِصَابٌ مِنَ
ٱلْمَالِ أَلَّفْنَاهُ لَكَ فِي ٱلْحَالِ فَقَالَ وَكَيْفَ
لَا

ſatis jucunde:

ضَمِنَّاكُمْ مِنْ غَيْرِ فَقْرٍ إِلَيْكُمْ
كَمَا ضَمِنَ ٱلسَّاقَ ٱلْكَسِيرَ ٱلْجَبَائِرُ

Suſcipimus vos, abſque ulla veſtrum indigentia,
Prout ſuſcipiunt crus fractum faſciæ.

Hinc in 10. اسـتـضـمّ valet, *ad ſe recipere cupivit.* Augendum hac forma Lexicon.

87 Venuſte elatum, *Quum* تثقل ردني *gravata erit manica mea*; pro *Dives factus fuero*; vel *nummos corraſero in manicam abdendos.* Crebra apud *Arabes* mentio *manicæ* in *opibus* undique *corrogatis*, vel *compilatis.* Inſtar omnium erit illud *Hiſt. Tamerl.* 213. وحين ملا جواب طمعه من نفايس الاموال ردنه واستدر اخلافها شيا فشيا صافيا ورنقا حتي صفاها بقطنه

Quumque vagator cupiditatis ejus repleviſſet de pretioſiſſimis opibus Manicam ſuam: atque emulſiſſet ubera earum, rem aliam ſuper aliam, limpidam ſimul, ſimul turbidam; donec eas exterſiſſet ſpongia ſua &c. Pulchra *Antithesis*, qua *Gravem manicam* trahenti, *Levis futura* di-

cir

vimus ipſum, quid mentis ipſi ſederet circa pueri ſui aſſumtionem. Ille vero, ubi *manica* mea *gravior* erit, *levius mihi erit filii mei tutelam ſuſcipere.* Nos iterum, ſi tibi juſta quædam portio nummorum ſuffecerit, extemplo eam tibi colligemus. At ille, Mihine non ſufficeret talis portio? quum

citur *educatio filii.* خَفَّ عَلَيَّ *leve fuerit ſuper me*, plenius effertur, خف علي ظهري *Leve fuerit ſuper dorſo meo.* أَنْ أَكْفُلَ *ut educem.* Eſt *fut. phatatum* in 1. a كفل *præs ſponſorve fuit* pro alio: *præſtitit ſe fidejuſſorem.* Hinc ſubnata poteſtas *educationis*, & *tutelæ*, ut recte monet *Tebleb.* Sed & *prædis*, *ſponſoris*, *fidejuſſoris* notio ſecundaria, a כפל *duplicavit.* Hanc *proprietatem* cum alia ſervant, tum كِفْلٌ, quod eſt ضِعْفٌ *par, ſimile, tantundem*, proprie *duplum*, כֶּפֶל. Omitti hic nequeunt formulæ elegantes ثقيل الظهر *Gravis dorſum*, pro *oneratus numeroſa familia:* & خفيف الظهر *Levis dorſum*, pro *paucos habens domeſticos.* Jam vero omnis *inops fit* ثَقِيلَ الظهر *gravis dorſo*, etiamſi *unum* modo habeat alendum: & contra omnis *opulentus* خَفِيفَ الظهر *Levis dorſo* appellari poteſt, quod ſumtus ei vel ad numeroſiſſimam turbam ſuſtinendam ſuppeditent.

88 يَكْفِي *ſuffecerit.* Eſt *fut.* 1. a كفي *ſatis fuit. explevit vicem: penſavit.* Hæc eſt prima notio: quæ & in كفأ *ult. Hamz.* obtinet. نِصَابٌ *portio certa pecudum*, vel *nummorum*; unde *Eleemoſyna* pendi debeat, ſecundum legem. Sic dicta ea, quaſi *ſubſtantia, firmitas, radix*, a نصب נצב *conſtitit, erectus fuit.* Varie ea *ſumma* definitur.

لَا 89 يُقْنِعُنِي نِصَابٌ وَهَلْ يُحْتَقَرُ قَدْرُهُ إِلَّا
مُصَابٌ قَالَ ٱلرَّاوِي 90 فَٱلْتَزَمَ مِنْهُ كُلٌّ مِنَّا
قِسْطًا وَكَتَبَ لَهُ بِهِ قِطًّا فَشَكَرَ عِنْدَ
ذَلِكَ ٱلصُّنْعَ 91 وَٱسْتَنْفَدَ فِي ٱلثَّنَاءِ ٱلْوُسْعَ
حَتَّى

89 يُقْنِع *ſufficeret*; vel potius *contentum efficeret*. In *fut*. 4. a قنع *contentus fuit*; de quo ſupra. يُحْتَقَر *ſpreverit*; in *fut*. 8. ab حقر *contemſit*. Ea ſecundaria vis. Primaria latitat. مُصَاب *inſanus: furioſus*. Proprie, *percuſſus*. Eſt *part. paſſ*. 4. a صَاب *feriit* ſcopum ſagitta. Hinc in 4. أُصِيبَ *percuſſus eſt*; ad omne quidem *malum* pertinet, ſpeciatim tamen, & abſolute, *inſaniam* ſignat. Ex *Gjeuh.* adduxit *Tebleb.* رجل مصاب اي فيه طرف جنون *Vir percuſſus dicitur, in quo ictus furoris.*

90 اِلْتَزَم *in ſe ſuſcepit*. Eſt *præt*. in 8. a لزم *firmiter preſſit; neceſſarius fuit.* قِسْط *trutina, ſtatera, portio appenſa; menſura; juſtitia;* etiam *injuſtitia:* ut قَسَط in 1. *iniquus fuit*. In 4. اقسط *juſtus & æquus fuit*. Concordiam præſtabit *Origo*, quam dat قَسَط *rigida conſtitutio pedum poſteriorum* in equo : item *ſiccitas rigorque colli*. Eſt ergo proprie *rigidus fuit*. Jam vero *rigidus* pro *iniquiore* vel ex *Latino* uſu ſe probat : ut & *juſtus æquusque* inde ſemet commendat. Apud *Hebræos* קשט eſt *veritas recto & rigido ſtans talo*. Alibi la-

quum ne ea quidem minorem ſpreverit niſi inſanus? Quilibet igitur noſtrum portiunculam ei diſſolvendam in ſe ſuſcipere, & *eo nomine chirographum dare.* Tum vero beneficentiam illam celebrare cœpit, *in laudibuſque ampliſſimam*

latius, قِطّ in Lexico notans *Libellum*; & *ſententiam judicis*, nunc venit pro *Chirographo*, vel *inſtrumento donationis.* Quæ *Tebleb.* hic habet, promſiſſe juvavit. القط الكتاب بالجايزة ومنه قوله تعالى قالوا ربنا عجّل لنا قطنا قبل يوم الحساب قال صاحب الكشاف القط القسط من الشي لانه قطعه منه من قطه اي قطعه ويقال لصحيفة الجايزة قط لانه قطعة من القرطاس انتهي والمعني عجل لنا قطنا صحايف اعمالنا ننظر فيها قبل يوم الحساب او عجل لنا قطنا نصيبا من العذاب او نصيبا من الجنة وذلك على طريق التهكم

Vox Kit ſignat Libellum donationis; atque inde in Alcorano: Dicunt improbi, Domine noſter expedi nobis noſtrum Kit ante diem judicii. Auctor Keſchaſi ait, Kit eſt portio alicujus rei, quam inde quis reſecuit; nam Radix קָטַט *valet idem quod* קָטַע, *ſecuit. Etiam ſchedula donationis dicitur Kit; quia de charta præſecatur. Hactenus ille. Senſus dicti, Expedi nobis noſtrum Kit, eſt, operum noſtrorum Libros, ut eos inſpiciamus ante diem judicii. Vel, Expedi nobis noſtrum Kit, valet, portionem pœnæ, aut portionem paradiſi. Atque hoc quidem per viam Sarcaſmi.* Locus *Alcorani*, ad quem ita fluctuant Commentatores, extat *Sur.* 38: 15. ubi intendi videtur *ſententia judicis ſcripto expreſſa*, & *ſignata*, quæ & صَكّ. Hic *ſchedulam ſignatam* denotat, qua alicui donatio confertur.

91 إِسْتَنْفَدَ *conſumſit, exhauſit.* Eſt *præt.* 10. a نفد

جَنَّي إِنَّنَا ٩٢ آسْتَطَلْنَا آلْغَوْلَ وَآسْتَقْلَلْنَا آلطَّوْلَ

vacuatus fuit aqua puteus. *Evacuatæ* ſunt opes. *Evanuit* res. In 10 exiſtit, *cupivit evacuare; exhaurire; abſumere.* وُسْعٌ proprie *laxitas*; hic valet *copiam*, & *facultatem ampliſſimam dicendi.* Fundus mihi *Tebleb.* وسع الرجل قدر ما يجد من مال او كلام او غير لك من السعة يريد اثني على غاية ما يمكنه من الثناء *Laxitas viri dicitur quicquid poteſt polletque in opibus, in Oratione, & ſimilibus copiis. Senſus eſt; Eum omnem vim laudationis, cujus capax erat, impendiſſe.* Ad verbum ergo: *cupivitque evacuare in collaudando laxitatem, amplitudinem, capacitatem qua præpollebat.*

92 إِسْتَطَلْنَا *prolixum cenſuimus.* In *præt.* 10. a طال טול *longus, in longum porrectus fuit.* Apud Cl. *Gol.* hæc *conjug.* 10. exponitur, *extulit ſe ſuperbia, dominatu*: item, *prævaluit hoſti, plures illius cædens, quam de ſuis amittens.* Hæc a *longitudine* orta, quaſi dicas *longiorem ſeſe fecit* &c. Hic ſimpliciter valet وجدناه طويلا واستكثرناه *invenimus eum longiorem, & nimis multum judicavimus*; ut *Tebleb.* notat. Conſimiliter إِسْتَقْلَلْنَا *præt.* 10. ꝩ قلّ קלל *levis, paucus fuit*, hic eſt وجدناه قليلا *invenimus paucum; leve judicavimus.* طَوْلٌ *longitudo*, eleganter poſita pro *donatione prolixiore*; ab eodem *Themate* طال, quatenus ſignificat *benefecit, favit*: plane ut *prolixa voluntas*, in *favore* frequentatur. Enucleatius adhuc: præeunte *Teblebio.* الطول اي الفضل والانعام قال تعالي ومن لم يستطع منكم طولا قال صاحب الكشاف اي

mam abſumere orationem, ſic ut *prolixum nimis judicaremus ejus ſermonem* , & *parvam cenſeremus prolixitatem dona-tio-*

اي زيادة في المال
يقال لفلان على فلان
طول اي زيادة وفضل
وقد طاله طولا ومنه
الطول في الجسم لانه
زيادة فيه كما ان القصر
قصور فيه ونقصان

Vox טול *prolixitas notat beneficentiam & favorem. Sic in Alcorano, Quique non in poteſtate habebit e vobis prolixitatem. Auctor Kesjâfi ſignificari putat copiam divitiarum. Dicitur nempe, huic ſupra illum prolixitas eſt:* i. e. *præpollentia & præſtantia : item , prolixitate ſuperavit alterum. Hinc prolixitas in corpore adſcita , quæ eſt tanquam præcellentia , quemadmodum brevitas ejuſdem dicta a truncatione & defectu.* Cernis *prolixitatem* bifariam venire, partim pro *copiis*, & *facultatibus prolixis*; partim pro *beneficentia prolixiore.* Prior poteſtas, clara *Alcor. Sur.* 9: 87. ubi اولو الطول *præditi prolixitate*, ſunt *divites*, *potentiores* ; citra *largitionem* : quæ in illo loco nulla attenditur. At *Sur.* 40: 3. Deus vocatur ذو الطول *præditus prolixitate*, ad *potentiam* & *liberalitatem prolixam* ſimul indicandam. Eaſdem haſce notiones celebrant ſub forma *part. præſ.* طَايِلٌ & طَايِلَةٌ *Commoditas vitæ : potentia: beneficium.* Dicitur etiam لا طايل فيه *Nihil in eo prolixi.* i. e. *boni*, *utilis.* Sic *Hiſt. Tamerl.* 354.

فاجابوه بما لا طايل
فيه سوي ما تمجّه
اذن مستمعيه

Et reſponderunt ei aliquid, in quo nihil boni: quin quod reſpuerent aures audientium. Ex *Gjaub.* etiam adduxit Cl. *Gol.* لم يُحْظَ منه بطايل *Parum boni ab eo tulit : a Rad.* حظي in *fut.* 1. *paſſ.* q. d. *non ornatus fuit ab eo re prolixa.* Alterius eſt originis & naturæ, quod idem *Gjeubar.* appoſuit بينهم طايلة اي عداوة وتِرَة *inter eos eſt prolixum quid*, i. e. *inimicitia & vindictæ cupida.*

ٱلطَّرْزُ ثُمَّ إِنَّهُ نَشَرَ مِنْ 93 وَشْيِ ٱلسَّمَرِ مَا أَزْرَى بِٱلْحِبَرِ إِلَى أَنْ أَظَلَّ 94 ٱلتَّنْوِيرُ وَجَشَرَ

do. Videtur eſſe *longum durans odium:* μῆνις.

93 Pulchre dictum, *explicuit de veſte picturata confabulationis ſuæ nocturnæ, quod veſtes variegatas Jemanenſium viles redderet:* i. e. *longiſſime exſuperaret.* De voce وَشْيٌ *picturata veſtis*, & figurate *Oratio floribus conſperſa*, vide quæ libata ad *conſ* 3. p. 176. حِبَرٌ eſt *plur. fr.* ab حِبَرَةٌ *veſtis ſtriata Jemanica.* Eſt proprie *virgatio*, ut apud *Hebr.* חבר, quum quid *notis*, & *ſtriis longioribus inſignitur.* Hinc חבורה & חברברה *virgatio cutis maculoſæ.* Apud *Arabes* manſit أَحْبَرَ *notavit*, *ſignavit*, *lineis diſtinxit:* & حِبْرٌ *notæ impreſſæ: lineæ: lineamenta*; *ſtriæ.* Anſam & vim comparationis teneas ex *Tebleb.* الحبر ثياب فيها خطوط ورقوم مختلفة تصنع باليمن شبه حسن كلامه وما اشتمل عليه من الاساليب المختلفة وتلون المعنى بالعبارات المستملحة وافراغ المعنى في قوالب الالفاظ المستحسنة بثياب الوشي حين تنشر وهي ملونة بالوان مختلفة مستحسنة وان حسن كلامه قصر بالحبر لحسن فنونه

Vox Hiber deſignat veſtes ſtriis & notis variegatas; quæ parantur in Jemana. Comparat autem pulchritudinem ſermonis ejus, in eoque comprehenſas varias vias, picturationeſque ſenſuum per metaphoras lepidas, & ſplendida orationis lumina, cum talibus veſtibus picturatis, quum explicantur, cum omni colorum ſuorum variegatione, & gratia: innuitque,

tionis. Deinde *explicuit* ex *confabulationis* ſuæ *copia picturata*, quod *veſtes variegatas Jemanicas in contemtum adduceret*: donec appropinquaret ortus, & *aurora candicans eniteſceret*: *noque*, *pulchritudinem ſermonis ipſius minuere quaſi illas veſtes*, *per ſplendorem variegationis ſuæ.* Hinc porro حِبَرٌ *ipſam* quoque *picturatam Orationem* conſignat: ut *conſ.* 9. habebimus ما نشر من حبره *quod explicuit de veſte ſua picturata*, i. e. *facundis ſermonibus.* أَزْرَى *vilipendit*, *contemſit*, in *præt.* 4. a زرى *ſuccenſuit*, *infamavit*, hic exquiſite poſitum, quatenus *res præſtantiſſima* dicitur *contemnere præ ſe ea*, quæ longiſſime exſuperat. Floſculo hoc ſæpiſſime uſus Noſter: ut *conſ.* 24. *Applicui me ad ſodales quorum vultus nitidiores floribus*, & *ſermones teneriores aura matutina*, *mihi fruendum darent* ما يزري على الربيع الزاهر *quod contemtum redderet vel florentiſſimum ver.* Occaſionem uſus ſignatiſſimi percipias ex hocce verſiculo, in *conſ.* 38.

وَمَا تَنَشَّقَ نَشْرَ آلشُّكْرِ ذُو كَرَمٍ
إِلَّا وَأَزْرَى بِنَشْرِ آلْمِسْكِ مُغْتَنِدَا *

Et non odoratus eſt auram gratiarum actionis nobilitate præditus;
Quin contemnat auram Muſci, *vel minute contriti.*

94 أَظَلَّ *appropinquavit*; *acceſſit.* Eſt *præt.* 4. a ظل צל *umbra*, q. d. *tam prope acceſſit ut obumbraret veluti.* Ita *Tebleb.* يقال اظلك فلان اذا دنا منك كانه القي عليك ظله ثم قيل اظلك امر واظلك شهر كذا اي دنا منك

وَجَشَرَ ٱلصُّبْحُ ٱلْمُنِيرُ 91 فَعَفَّيْنَاهَا لَيْلَةً

Dicitur inumbravit te aliquis, quum proxime acceſſit; tanquam ſi umbram ſuam ſuper te projeciſſet. Dein dici cœpit inumbrat te res, inumbrat menſis, conſimiliter, pro imminet & appropinquat. Eadem anſa ظَلَّ *umbravit, umbroſus fuit*, uſurpari cœptum, pro *continuavit, non defiit facere*: quaſi *imminuit* videlicet, vel *inhæſit perſeveranter*. Ita *conſ.* 21. وظل القوم بين عبرة يذرونها وتوبة يظهرونها حتى كادت الشمس تزول *Et continuavit concio inter lacrymas, quas ſpargebat, & pœnitentiam, quam oſtendebat, uſque dum ſol occideret.* In *Alcorano Sur.* 20: 97. *Reſpice idolum tuum* الذي ظَلْتَ عاكفا عليه *cui continuaſti adfixus hærere.* Eſt pro ظَلِلْتَ, forma *Aramæa*: niſi malis ظَالَ *med. je*, eadem poteſtate. Notandum inſuper, ex *Tauriz.* ad *Hamaſa*

يقال ظل يفعل كذا اذا فعله نهارا ثم توسعوا فيه ويجري مجرى صار يفعل كذا

Dicitur, umbrat, i. e. *imminet facere quid; quum de die id facit. Dein uſus amplificatus, adhibitumque latius, pro ſuſcepit facere quodcunque, quandocunque.* Sequens تَنْوِير *infin.* 2. *illuminatio*, a نار *luxit*, hic ponitur pro *crepuſculo*, & *auroræ primis radiis.* Pleniorem *ortum* infert *Aurora ſplendens*, مُنِير, in *part.* 4. ejuſdem *Radicis* نار נור. Verbum جَشَرَ *perrupit enituitque* aurora: Item, *paſtum eduxit jumenta, non reditura veſperi.* In *Camuſo* poſterius hocce principe loco ponitur.

الجَشْرُ اخراج الدوابّ للرعي كالتجشير وان تنزو خيلك فترعاها امام

noctemque nos illam *exegimus malis miſturis vacuam*, uſque dum

امام بيتك وبالتجشير المال الذي يرعى في مكانه لا يرجع الى اهله بالابل والقوم يبيتون مع الابل وان يخشن طين الساحل وييبس كالحجر وخشونة في الصدر وغلظ في الصوت وقد جَشَرَ وجُشِرَ فهو اجشر وهي جشراء وبعير مجشور به سعال جافّ وجشر الصبح جشورا طلع &c. &c.

Forma Gjaſcbr notat eductionem pecudum ad paſtum; ut & Tagjſcbîr, in 2. Uſurpatur etiam in equis poſt admiſſuram paſcentibus ante domum tuam. Gjaſcbar per duplex phata deſignat gregem qui paſcitur in loco, abſque ut redeat de nocte ad ſuos; nec non paſtores qui cum camelis pernoctant. Item Gjaſcbar uſurpatur pro induratione luti in litore, quum ſicceſcit inſtar lapidis: nec non aſperitate in pectore; ut & craſſitie vocis. Similiter verbum forma Activa & paſſiva; cum comparativis Agjſcbaro, & Gjaſcbrao. Dicitur & jumentum Magjſcbour, quod tuſſi ſicca laborat. Verbum Gjaſcbara cum infin. Gjoſcbur de Aurora eſt exoriri. Elucet ſatis, poteſtatem *exoriendi*, in *Aurora*, eſſe ſecundariam. Eam ſuſpicor ductam ab *eductione in paſtum*, ut *Aurora* concipiatur *Lucem diurnam* quaſi e *cubili*, vel *ſtabulo*, *emittere* in *libera ſpatia.* Ultra conjecturam hoc valere nolim.

95 قَضَيْنَا *exegimus*; *finivimus*; *abſolvimus*. Eſt *præt.* 1. a قضي, cujus *Origo* adfert *Sectionem*, *præciſionemque*, ut קצה. Hinc *finire*, *præfinire*, & alia bene multa, ſponte decurrerunt. غَابَتْ *aberat* pro *aberant*, ex perpetuo *Arabiſmo*: in 3. *fæm. præt.* 1. a غاب *med. je*, *abſuit*, *latuit*; *occidit*: &c. Unde hic exquiſite, *Aberant res miſcentes*, *turbantes*, *ejus* شَوَائِبُ *malæ miſturæ*. Eſt *pl. fr.* a شَائِبَةٌ *part. fæm.* ז شاب *med. waw*; *miſcuit*, com-

لَيْلَةٌ غَابَتْ شَوَابِبُهَا إِلَى أَنْ شَابَتْ ذَوَائِبُهَا وَكَمَلَ 96 سُعُودُهَا إِلَى أَنْ إِنْفَطَرَ عَمُودُهَا

commiſcuit. Redi ad *Conſ.* 2. *pag.* 115. 116. ubi uſus hicce jam expoſitus, una cum poteſtate *canorum crinium*, ſub שיב شَابَ *med. je.* Inde audaciore figura *uſque dum* شَابَتْ *caneſceret*, pro *caneſcerent*, ذَوَائِبُهُ *nigræ comæ ejus*, h. e. *tenebroſæ noctis extremitates inalbeſcerent*; *atque dies alluceret.* Eſt *plur. fr.* a ذُؤَابَةٌ *crinis propendulus in fronte*, vel *locus unde antiæ, & capronæ, exoriuntur.* Radix ذاب *med. Hamz. antiis capronis ornavit frontem* pueri. Quid anſam tralationi huic dederit, ex *Teblebio* percipere dabitur الذوابة الشعر الطويل الاسود واراد بذوايب الليل ظلامه وجعل فيه بياض الصبح بمنزلة الشيب في سواد الشعر قال ابن دريد

امسا تري راسي حاكي لونه
طرة صبح تحت اذيال الدجا

Vox Dſuwaba notat crinem longiorem & nigrum. Intelligit autem per crines illos noctis, ejus tenebras. In his albedinem Auroræ eo locat gradu, quo canitiem in nigro capillo. Ita Ibn Doreid.

An non cernis Caput meum, quod referat color ejus
Propendulum crinem auroræ ſub laciniis tenebrarum.

Hoc

dum nigræ ejus *Comæ Caneſcerent*, cujus *conſummata* duravit *felicitas*, uſque dum *Columna diluculi prorupiſſet*. Poſtquam

Hoc eſt: *me jam canis ſpargi, atque* λευκαίνεσθαι *inalbeſcere comis.* Transfertur ad *frondem lætiorem*, quæ & Latinis *Coma*. *Diw. Hud.*

فروع مرثعنة الذوايب

Rami laxe propenduli comis

Placuit etiam ذوابة النار *crinis propendulus ignis*, qui *Æſchylo Prom.* V. 1042.

Πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος.

Ignis anceps capillitium.

Extat plus vice ſimplici in *Hiſtor. Salad.* qua occaſione auſus *Iſpahanenſis* ذوايب الذوابل *Crinem pendulum lancearum*, pro *acie flammea*. Alia figura ذوابة القوم *Propendulus Crinis populi* ſignat *proceres*, ſive *nobiliores* & *eminentiores* in populo, qui & نَاصِيَةٌ *coma frontis* eadem imagine. Utrumque plenius perſpicies ex hocce *Tebrizii* ad *Hamaſa*.

ذوايب الناس اشرافهم المتقدمين منهم وهذا كما وصفوا بالذوايب يقال فلان ذوابة قومه وناصية عشيرته

Comæ propendulæ gentis ſunt ejus Nobiles, & eminentes in iis. Eadem ratione etiam Antiarum nomine veniunt; dicitur enim quis gentis ſuæ Antia, & familiæ ſuæ Crinis propendulus. Sic vetus Poëta in *Hamaſa*

ثمانية كانوا ذوابة قومهم *

Octo fratres, Coma gentis ſuæ prominula.

In *Camuſo* etiam reperio ذوابة العز والشرف *prominulus crinis potentiæ & nobilitatis*, pro اعلاه *faſtigium ejus*. Hanc *Gloſſam* Cl. *Gol.* in *Lex.* indicavit.

96 سُعُودٌ *felicitas*. Eſt *infin.* 1. a سَعَدَ *fauſtus fuit* dies;

عَمُودُهَا وَلَمَّا ذَرَّ 97 قَرْنُ ٱلْغَزَالَةِ طَمَرَ طُمُورَ ٱلْغَزَالَةِ وَقَالَ ٱنْهَضْ بِنَا 98 لِنَقْبِضَ ٱلصِّلَاتِ وَنَسْتَنِضَّ

dies: *beneficum* ſidus. Proprie *fulcivit*; ut סעד *Hebræum*; unde سَاعِدٌ סֹעֵד *brachium*, quaſi *fultor*. Vide *Clav. Dial.* p. 203. 204. Verbum كَمَلَ etiam per *Damma* & *Keſra* ad *mediam* effertur. Signat *perfectionem omnibus numeris completam*. Proprietas latet. Sequens إِنْفَطَرَ *fiſſus fuit*, *cum fiſſione erupit*, eſt præt. 7. a فَطَرَ *fidit*. Hoc ad *germina* tranſlatum peperit notionem, *e fiſſo cortice prodeundi*, *emicandive*. Pulcherrime hinc figuratum in 7. انفطر عمود الصبح *cum fiſſione emicuit*, ſive *prorupit columna auroræ*. Appoſite *Tebleb*. يقال انفطر القضيب اذا بدا نبات ورقه *Dicitur*, *fiſſus fuit ramus quum prodit germen folii ejus*. Habes lucem ad פטורי צצים *eruptiones florum* 1 *Reg.* 6. 18. & פטר רחם *eruptionem uteri*, ſive *primum germen*, quod *uterum findit*. Hoc etiam abſolute פֶּטֶר. Inſignitus honos dictionis *Pſ.* 22. 8. יַפְטִירוּ בְשָׂפָה. Deſcribitur *Sannæ* ſpecies, quum *Lingua inter labia ſeſe exerens* imitatur *florem calyce fiſſo emicantem*. Proprie, *faciunt erumpere* velut *florem in labio*. عَمُود *Columna* עַמּוּד, à عَمَدَ עמד *ſtetit*, figurate uſurpatur in *die ſurgente*, quæ عمود الصبح *columna auroræ* vocatur.

97 ذَرَّ قَرْنُ ٱلْغَزَالَةِ *Sparſit ſe cornu hinnuli*. Id eſt *radii ſolis emicantis ſparſi ſunt*. ذَرَّ זרר *ſparſit*, & *ſparſus fuit*. Inde זוֹרֵר *ſternutavit* ortum putem. Frequentatur in *ſole Oriente*, quum *radios quaquaverſum ſpargit*. قَرْنٌ *Cornu* pro ra-

quam vero *cornu* ſeſe *ſparſiſſet hinnuli ſolaris*, ipſe quoque *dorcadis in morem exilivit*, dicens, ſurge nobiſcum, ut colli-

radiante luce nemini ignotum. غَزَالَةٌ eſt *fæmin.* a غَزَال *Hinnulus*, cui *Arabes* comparare ſolent *ſolem*, quia ut per *cacumina celſiora* emicant *Dorcades candore inſignes*, ita *ſol* per cœlum decurrit. *Tebleb.*

الغزالة من اسماء الشمس واسماوها كثيرة قال الشاعر

يثبنة تزري بالغزالة في الضحي
اذا برزت لم يبق يوما بهابها *

Dorcas eſt inter nomina ſolis, prout nomina ejus compluſcula. | *Sic Poëta*

Botſeina vincit Dorcadem illuſtri jam die;
Quum emicat non reſtat, cui ſplendor ſit, dies.

In *Clav. Dialect.* p. 265. reperies عطس لي انف الغزالة *ſternutavit mihi naſus Dorcadis*; pro *adfulſit mihi aurora. Exortus eſt ſol.* Hinc illuſtrari poſſe videtur inſcriptio אילת השחר *Cervæ Matutinæ*, *Pſ.* 22 Ad *Cant.* 8. vs. *ult.* jucunda quoque lux ex uſu hocce ſignatiſſimo Orientis accedit. Prior *Dorcas* eſt figurata, poſterior extra figuram. Obſerves غزالة & ظبية צְבִיָּה ſive צְבִי alternari. Proverbiale autem quid olet طَمَرَ طَمُورَ آلْغَزَالَةِ *ſaltavit ſaltationem Dorcadis*, pro *perniciſſime proſiluit*: quod ad *Cant.* 8. vs. ult. item conferri meretur.

98 انهض *ſurge.* Eſt *Imper.* in I. a نهض *alas expandit.* πτερύσσεται. Supra indicatum. نَقْبِضُ *fut.* I. a قبض קָבַץ *contraxit*, *contrahendo collegit.* صَلَاتٌ *plur. ſan.* a صلاة do-

وَنَسْتَنِضُّ ٱلْإِحَالَاتِ فَنَغْدُو ٩٩ ٱسْتَطَارَتْ صُدُوعُ كَبِدِي

donum, *donatio*; *inſin. fœm.* & وصل *junxit.* Item *dedit*, *donavit*; nec non, *pervenit.* Ab hocce poſtremo *Etymon* arceſſit *Teblebius* ſic dictam ſtatuens *donationem*, لان المعطي يصل بها الي ثواب او ثناء *quod donator per eum perveniat ad remunerationem vel laudem.* Rem acu non tetigit. A *conjungendo* ducta eſt notio, quod *donatio conjungat*, ac *conciliet animos*. نَسْتَنِضُّ *repræſentari petamus*: in *fut.* 10. a نض, *leniter fluxit* aqua: *ſudando emanavit* & *emicuit.* Inde pulchra tralatione, *haud difficulter contigit hoc* vel *illud* æris alieni, *quod debebatur*: quaſi dicas, *leniter fluxit.* Eadem Metaphora نَاضّ *part. præſ.* uſurpatur pro *negotio parabili*, *quod facile conſiat*: itemque pro *præſentibus pecuniis*, *quæ ex mercibus conficiuntur.* Similiter تَنَضَّضَ *exegit pecunias debitas*; præſertim, *leniter* & *facile.* Eadem poteſtas *conj.* 10. quæ & per اسـتقطر exponitur, *collegit ſtillatim.* Rectiſſime ergo *Teblebius.* نستنض اي نستخرج ونجعلها ناضّة والنضّ المال الحاضر وهو يستنض ماله من فلان اي يستنجزه ويأخذه منه الشي بعد الشي *Fecimus fluere leniter*, *valet elicuimus*, & *fecimus repræſentari. Nempe ſudans*, *vel leniter fluens*, *vocatur præſens pecunia*: & *aliquis dicitur ab aliquo petere ut ſudent pecuniæ ejus*, *quum eas ab eo ſenſim*, *paulatimque*, *exigit.* Radicis *Origo* ſita in *Micatione*; Unde tum ad has, tum ad reliquas, ſignificationes multum lucis, & gratiæ, accedere ſibi ſentiet, qui ad hæc non rudis. إِحَالَاتٌ *ſummæ promiſſæ*: eſt *plur. ſan. fœm.* a *ſing.* إِحَالَةٌ *infin.* 4. verbi حال *Med. Waw*, cujus أَحَالَ *miſit ad debitum exigendum*, *cum mandato*

ligamus munera, & *ſummas* nobis *promiſſas repræſentari cu-remus:* nam profecto *fiſſiones jecoris mei volitant præ deſiderio ſtri-*

to executionis Noſter hac forma nunc utitur ad deſignandam *ſummam promiſſam, in quam paratæ executionis jus datur.*

99. إِسْتَطَارَتْ *volitat*, pro *volitant*. Eſt 3. *fœm. præt.* in 10. a طار med. *je*, *volavit*. Inde استطار proprie, *voluit volare, in volatum ſe dedit*. Hoc ſecundario frequentatur pro *diſpergi*, *expandi*, *diſſipari quaquaverſum*. Ita *Tebleb*.

استطارت اي انتشرت وتوسعت قال تعالي ويخافون يوما كان شره مستطيرا قال صاحب الكشاف مستطيرا فاشيا منتشرا بالغا اقصي البلاغ من استطار الحريق واستطار الفجر

Volitant tantundem nunc eſt ac diſſipantur & expanduntur. Sic in Alcorano; & metuent diem, cujus malum volitans erit. Ibi Auctor Keſjafi, volitans eſt diſpanſum, diffuſum, quam latiſſime extenſum; ab uſu quo volitat incendium dicitur, & volitat aurora. Hic venuſtiſſime locatur in *corde præ vehementia amoris diſtracto, & ſui non compote*. Ita *Theocr.* 11: 72.

Πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι.

Et *Ariſtoph. Avib.* 1445. πτεροῦσθαι τὰς φρένας. Hanc *vehementiſſimam adfectionem* ſignant quoque *fiſſiones jecoris.* Nempe صُدُوعٌ eſt *plur. fr.* a صَدْعٌ *fiſſio*, præſertim quæ fit cum *ſono & fragore*. Radix صَدَعَ *fidit cum fragore*; idem quod ῥήγνυμι. Ut autem *Græci* ῥῆξαι φωνὴν & abſolute ῥῆξαι: Itemque *Latini, rumpere vocem*; & *erumpere, prorumpere*; ſic *Arabes* ſuum *findere cum fragore* ad *vocem claram, ſonoram, cum fragore quaſi editam*, transferre amant. Sic capias *Gloſſas* illas in *Lexico Goliano*, *manifeſtavit, clare expoſuit, palam dixit, profeſſus eſt.* Gravi etiam figura *findere corda*, eſt *vehementi* vel *amore*, vel *terrore, adficere.*

Utroque in adfectu كَبِدٌ *jecur* quoque frequentari ſolet; ut כבד apud *Hebræos*, & Ἧπαρ.

Ap-

كَبِدِي مِنَ ٱلْحَنِينِ إِلَى وَلَدِي فَوَصَلْتُ
١٠٠ جَنَاحَهُ حَتَّى سَنَّيْتُ نَجَاحَهُ فَحِينَ ١٠١ أَحْرَزَ
ٱلْعَيْنَ فِي صُرَّتِهِ بَرَقَتْ أَسَارِيرُ مَسَرَّتِهِ وَقَالَ
لِي ١٠٢ جُزِيتَ خَيْرًا عَنْ خُطًى قَدَّمْتُكَ
وَٱللَّهِ

Apparet, *fiſſiones jecoris* admirabiliter figuratas. حنين *tenerrima adfectio amoris,* شوق ورحمة *deſiderium, miſericordia*, proprie *ſonum argutiorem quem e gutture reddit mater pulli*, conſignat. Radix حن חנן.

وَصَلْتُ جَنَاحَهُ 100, *junxi latus ejus.* Ad verbum, *junxi alam ejus.* Vim phraſeos recludit *Tebleb.* اي مشيت معه ويدي في يده وجناح الرجل يده فاذا جعلت يدك في يده فقد وصلت جناحه i. e. *cum eo ivi manu mea in manum ejus inſerta: namque Ala alicujus eſt manus ejus. Quum itaque manum tuam illius manui inſeris, tum jungis alam ejus.* Erudite etiam explicat idem *Scholiaſtes* alteram formulam سَنَّيْتُ نَجَاحَهُ اي سهلت يقال سنيت العقدة اذا فتحتها كذا في الصحاح *Expedivi negotium ejus, eſt facile reddidi, ab uſu 2. Conj. in ſolvendo nodo, ut Gjaubarius annotat.*

101 أَحْرَزَ *condidit: collegit: aſſervavit.* In *præt.* ab حرز *cuſtodivit.* Item *firmus, munitusque fuit.* Omnia *ſecundaria*, a *primaria* poteſtate *conferendi baccas foratas;* quales *lineæ* חרוזים *Hebræis.* عَيْن עַיִן *oculus*, hic venit pro *numerata pe-*

ſtridulo erga meum filium: *Junxi* itaque *latus* ejus, uſque dum *negotium* ejus *expeditum* dediſſem. Quum autem jam aurum in loculos ſuos condidiſſet, *rugæ* frontis *exporrectæ reſtiterunt*, & *Remunereris*, inquit, *bonis ob greſſus pedum tuo-*

Pecunia. صُرَّةٌ *Crumena* a صَرَّ צרר *ſtrinxit cum ſtridore; inſtrinxit.* تَبَرَّقَتْ *fulguravit*, *præt. fœm. in* 1. *conj.* pro *fulgurarunt*, a برق ברק *fulſit*, *ſplenduit* gladius, *fulguravit* nubes. Non injucunda nunc tranſlatio facta ad *frontem caperatam*, & *nubilam* quaſi, quæ *reniduerit*, ac tanquam *fulguraverit* præ *lætitia geſtiente.* أَسَارِيرُ *lineæ in fronte*, eſt *plur. fract. ſecundum*, a *primo* أَسْرَارٌ, quod a سِرٌّ *lineæ in fronte*, aut *vola.* Sequens مَسَرَّةٌ *lætitia*, *lubentia*, ab eadem *Radice* سَرَّ, quatenus valet *hilarem lætumque reddidit.* Ex Traditione citat *Teblebius* فخرج رسول الله تبرق اسارير وجهه. *Egreſſusque fuit Muhammedes*, *fulgurantibus ſtriis vultus ejus.*

Addit idem والرجل عند السرور ينطلق وجهه فتظهر خطوط جبهته لهذا يكنى بها عن السرور *Quum autem quis hilaris redditur*, *exporrigitur vultus ejus*, *& apparent ſtriæ frontis ejus: atque propterea per eas circumſcribitur lætitia.* Ipſam quoque *hilaritatem* quam exprimit vox سُرُورٌ, à *ſtriatione* ductam eſſe, ſuſpicor: nam & حُبُورٌ pro *lætitia* ſimilem fere Originem agnoſcit.

102 جُزِيتَ *remunereris.*

Eſt *præt. paſſ.* in 1. a جَزَى *penſavit*, *retribuit.* Origo in *ſecando*, unde *partitio*, *diſpertitio*, *penſatio* &c. خُطًى vel خُطًّا *greſſus*; *pl. fr.* a خُطْوَةٌ *paſſus.* قَدَمَيْكَ *pedum tuorum*, demto

وَٱلسَّنَةُ خَلِيفَتِي عَلَيْكَ فَقُلْتُ أُرِيدُ أَنْ أَتَّبِعَكَ 103 لِأُشَاهِدَ وَلَدَكَ ٱلنَّجِيبَ وَأُنَادِمَهُ لِكَيْ يَجِيبَ فَنَظَرَ إِلَيَّ نَظْرَةَ ٱلْخَادِعِ 104 إِلَى ٱلْمَخْدُوعِ وَضَحِكَ حَتَّى تَغَرْغَرَتْ عَيْنَاهُ بِٱلدُّمُوعِ ثُمَّ أَنْشَدَ

105 يَا

demto *adſ.* redit قَدَمَيْن *gen. Dual.* a قَدَمٌ *pes;* cujus radix قدم קדם *præceſſit.* Exquiſita illa formula, لَهُ قَدَمُ صِدْقٍ عِنْدَهُ quam *Gol.* noſter eleganter expoſuit, *merito ingenuæ virtutis multum valuit apud illum,* ad verbum ſonat, *ei eſt pes rectitudinis apud illum.* Ita dicunt ثبت قدما في *firmiſſimus pede in aliqua re;* pro *valde peritus:* nec non, *firmiſſimus pede apud aliquem;* i. e. *vetus amicitiæ, & gratiæ.* خليفة *Chalipha*, eſt *Vicarius*, *ſucceſſor.* Hinc ſolennis comprecatio conſolantis كان الله خليفة والدك *ſit Deus Vicarius genitoris tui;* vel alterius perſonæ, cujuscumque. Hoc egregie nunc immutatum, *ſit Deus Vicarius meus ſuper te:* i. e. *quod tibi nunquam perſolvere poſſum ipſe, perſolvat Numen.*

103 أُشَاهِدَ *præſens conſpicer.* Eſt *fut. phatatum* in 3. propter *præfixum.* Radix eſt شهد *præſens adfuit.* Itemque *teſtimonium oculatum tulit* שהד. نَجِيبٌ *præſtans, nobilis, generoſus;* in *forma Pahil;* a نَجُبَ *egregius, nobilis fuit.* Eſt po-

teſtas

tuorum, ac *pro me* id tibi præſtet *ipſe Deus*. Tum ego, diſcupio equidem, ut te conſequar, filiumque illum tuum præſtantiſſimum præſens conſpicer, ac *ſermonem* cum eo *conſeram*. Ille autem *me contuitus* ut ſolet *deceptum deceptor*, & *cachinnans* ſic ut *oculi* ejus *lacrimis opplerentur*, cecinit.

O tu

teſtas *ſecundaria*, a *decorticando* ducta: ea *metaphora*, qua *delibratum* multi viri docti *Latinis*, uſitatum fuiſſe autumant, pro *lectiſſimo*. أُنافث *alloquar*, *ſermonem conſeram*: item *fut. phatat.* in 3. a نفث *flavit*; *cum flatu ejecit*, *ex ore edidit* &c. Conjugatio 3. نافث apud *Haririum* crebra in *Colloquiis*. Ea *Lexico* accreſcat.

كَيْ *ut*, reſpondet כִּי ὡς μοι: *ut mihi*. Præmiſſum ل dat لِكَيْ *ad ut*, *eum in finem ut*.

يُجِيب *reſpondeat*; eſt *fut. phatat.* in 4. a جاب med. *waw*, *ſecuit*; item *pervaſit*, *trajecit*. Inde أَجاب *reſpondit*; *annuit*; *conceſſit*; *morem geſſit*: q. d. *fecit tranſire*; *non reſpuit*, *non repulit*, ſed *recepit*, *reſponditque*.

104 خادِع *deceptor*. Eſt *part. præſ.* ut مَخْدُوع *part. paſſ.* in 1. a خَدَع *decepit*, *fefellit*, *dolo circumvenit*. Eſt *ſecundarium*; a *ſubducendo ſeſe*, ut videtur, ductum; nam خدع etiam exponitur, *ſubduxit ſe in latibulum* lacerta. ضَحِكَ *riſit*, eſt צחק: proprie *reniduit*, *reſplenduit*. De mutatione Elementi conſule *Clav. Dial.* p. 296. تَغَرْغَرَتْ *oppleti ſunt oculi ejus lacrymis*. Proprie *gargarizavit uterque oculus*. Nempe *liquor* venuſte dicitur *gargarizare*; quum *ſonum* reddit *gargarizantis*. Verbum *quadrilit.* غَرْغَر *reciprocavit in gutture* liquorem, vocem, ſpiritum, moribundi inſtar; haud dubie ὀνοματοποιὸν; ut & γαργαρίζειν, atque γαργαρεὼν *gurgulio*. Minus

com-

105 يا من تظنّا السراب ماء لمّا رأيتني
الذي رأيتني *

106 ما خلت أنّ يستسرّ مكري وأن
يخيل الذي عنيت *

107 والله ما برّة بعرسي ولا لي ابن
به اكتنيت *

108 فأنّما

commode *Teblebius* تغرغرت اي امتلات واصله من غرّ الطاير فرخه اذا زقه *Tegargerat nunc eſt oppleti ſunt; a Radice Garr, de Ave roſtrum roſtro pulli inſertante.* Noſter nunc reſpexit uſum غرغرة in *ſono ollæ bullientis*, qui *gargariſmum* imitatur. Ad eam rationem *Oculi lacrymulis exæſtuantibus pleni* dicuntur *gargariſmum reddere*.

105 تظنّا *opinatus eſt.* In *præt.* 5. pro تظنّن, Sic تقضّي *delapſus ex alto irruit* accipiter, pro تقضّض enotatur a *Tebleb.* Volunt ad concurſum *trium ſimilium literarum* evitandum mutationem inductam. Id ſi verum eſſet, omnia quibus *ſecunda* & *tertia* eadem, ſic immutari poſſent in 2. & 5. *conjugatione*: quod tamen neutiquam permiſſum. Ratio ergo aliunde derivanda. De ea alias.

سرب *Species aquæ meridianis horis apparens in campis arenoſis.* שרב. Etymon indicat *Tebleb.* قال صاحب الشاف هو ماء يري في الفلاة من

O tu qui evanidam lymphæ ſpeciem putaſti aquam, quum narratiunculam tibi meam propinavi
Haud imaginabar occultum fore dolum meum, aut dubium quod producebam.
Per Deum, nulla mihi Berra uxor, & nullus a quo cognominer filius.

Sed

من ضوء الشمس وقت الظهيرة يسرب علي وجه . الارض كانه ماء يجري

Auctor keſjafi ait, Sarab eſſe ſpeciem aquæ, quæ in deſerto apparens ad ſplendorem ſolis tempore meridiano, fluat liberius in ſuperficie terræ, haud ſecus at aqua fluens. Confer *Adagia Golii* p. 92. 93. & *Nawabig*. IX. Egregie hic locatum رويت *narravi*, proprie *rigavi*. Verbum *Allegoriæ* unice ſubſerviens.

106 خلت *imaginabar*. Eſt in *præt*. 1. a خال *med. je* يستتر *occulleret ſe*: in *fut*. 10. a ستر; de quo ſupra. يتخيل *dubium eſſet*: in *fut*. 4. iterum a خال *imaginatus eſt*: quaſi dicas *opinionem dubiam movit*. عنيت *ſignificabam, intendebam, producebam*: a عني ענה *reſpondit*.

107 بعرسي *in uxore mea nulla Berra*. Sic *Arabiſmus* fert ſolemnis, quo *præp*. ب *in* ſignat interiorem *conditionem, habitum, naturam rei*. Solens fallit, fallitur que, natio *Grammaticorum*, quum hocce *Beth* appellant *Nominativi*: & الله بقدير *Deus in potente* nihil aliud ſonare volunt, quam, *Deus eſt potens*. اكتنيت *cognominem me*, in *præt*. 8. a كني *circumſcripſit alio nomine*, כנה. *Origo in obtegendo*, ſita; ut ad *Jobum* ſubmonui.

 108

108 فَإِنَّمَا لِي فُنُونُ سِحْرٍ أَبْدَعْتُ فِيهَا
وَمَا ٱقْتَدَيْتُ ✻

109 لَمْ يَحْكِهَا ٱلْأَصْمَعِيُّ فِيمَا حَكَى
وَلَا حَاكَهَا ٱلْكُمَيْتُ ✻

110 تَخِذْتُهَا وُصْلَةً إِلَى مَا تَجْنِيهِ كَفِّي
مَتَى ٱشْتَهَيْتُ ✻

111 وَلَوْ تَعَافَيْتُهَا لَحَالَتْ حَالِي وَلَمْ
أَحْوِ مَا حَوَيْتُ ✻

112 فَمَهِّدِ

108 فَإِنَّمَا *Namque.* Nunc ſimpliciter poſitum pro فَإِنَّ *At utique* : ex فَ & إِنَّ. Tritus pleonaſmus voculæ مَا. Si tamen *Originem* ſpectes, ad Verbum erit, *at utique quod.* فُنُونٌ *Variæ ſpecies*; eſt *plur. fr.* a فَنٌّ *modus*, *ſpecies* rei. &c. أَبْدَعْتُ *excogitavi primus* : in *præt.* 4. a بدع *produxit novum quid.* إِقْتَدَيْتُ *imitatus ſum* : in *præt.* 8. a قَدَى *celeriter inceſſit* : proprie *ſecuit.* q. d. *ſecuit iter.*

109 يَحْكِهَا *complexus eſt*; *enarravit eas.* Eſt *fut.* in 1. per *Apocopen* ultimæ, pro يَحْكِي, ob præcedens لَمْ *minime*, *neutiquam.* Eſt *ſe un-*

daria

39. ذَرُوهُ *tradite eum.* Eſt *imperat.* I. a. وذر *reliquit, miſſum fecit.* Primaria vis *thematis* eſt *ſecuit, incidit.* & quidem *fruſtula minutiora.* Nempe *incidimus* quaſi, vel *ſecamus,* quod *miſſum facimus,* vel alteri *in portionem permittimus, tradimuſve.* Ad *Originem* hanc venuſte alluſit Noſter, quum ait, *miſſum eum facite in portione mea*: i. e. *eum mihi tradite, verſandumque permittite.* حِصَّةٌ *portio,* ab حَصَّ, item *ſecuit, conſecuit, raſit, deraſit.* Hæc poteſtas tamen *primaria* apud Cl. *Golium* non comparet; quippe qui incipiat a *Celeriter ivit.* q. d. *ſecuit viam.* Addit; *Capillo hic illic caput nudavit* galea. Et hoc ab *inſecandis capillis* ortum, quivis jam ultro intelligit. Eadem vis in VII. *Defluxit* capillus; *inſectus* ſcilicet *paſſim, inciſuſque.* In III. exiſtit, *portionem* cum altero *partitus fuit*: q. d. *ſecuit cum alio.* Reliqua ſponte ex his pateſcent. Habes quoque *Harmoniam* cum *Hebræo* חצץ & חץ *ſagitta,* ab *inſecando* nomen adepta. Quin حِصَّةٌ pro *portione* proprie videtur eſſe *ſors per ſagittam aſſignata*: & حَاصَّ *partitus eſt cum altero* quaſi per *ſagittas,* & *aleam* iiſdem exerceri ſolitam. لِأَرْمِيَهُ *ut feriam eum*; in *fut.* I. cum *præf. adf.,* a رمي רמי *jecit, jaculatus eſt*: حَجَرِ قِصَّتِي *Lapis caſus mei*; conciſe, & figuratiſſime, pro *caſu graviore & difficiliore,* que-

tur. Conſultavit deinde inter ſe cœtus, quonam potiſſimum hominis hujus *perennem puteum* explorarent, & quo ſpecimine *promtitudinem* ejus *ſub examen revocarent*: quum aliquis eorum, pro portione mihi mea, inquit, eum tradite, ut eum *feriam lapide* in me aliquando *conjecto*, idque in caſu aliquo, cujus *intricatiſſimus* erat *nodus*, & qui *Lapidis Lydii*

quocum conflictatus fui aliquando.

Hic *caſus* nova figura appellatur عُضَلَةُ العُقَدِ *intricatio nodorum*: i. e. *aliquid intricatiſſimum* ac *nodoſiſſimum. Nodus Gordius. Quæſtio inſolubilis.* Sic intelligas *Gloſſam Golianam*, qua عُضَلَةٌ exponitur داهية *gravis caſus*. Radix عضل *Muſculoſus, toroſus fuit*; ab *intorto* iſtam vim adſcivit. Sub *Rad.* عصل ea *Origo* aſſervata: valet quippe *diſtorqueri, curvari, nexibus, nodiſve, intricari.* Ejus أعصل inter alia eſt, *intorta crura habens*; *Loripes.* Inde עָצֵל *piger* denominationem traxit: neque enim ambigendum, quin עצל eandem poſſederit proprietatem.

Elegantiſſime denique *caſus* hicce, cum *Lapide* comparatus, inducitur ut مِحَكّ, *Coticula* aurificis, *Lapiſve Lydius*, *aureo nummo explorando.* Is *nummus* مُنْتَقَد hic appellitatur, *in part. paſſ.* 8. a نَقَد *parata pecunia ſolvit*: إنْتَقَد *parata pecunia ſolutionem accepit*: præſertim *nummis aureis*, qui omnium *præſentiſſimi.* Origo in *punxit, pungendo fixit*; quod & *Hebræis* נקד prout حَكَّ *fricuit*, unde مِحَكّ & مَحَكّ pro مِحَكَّة & مَحَكَّة *inſtrumentum fricando, terendove*; iiſdem fuit חכך. Per *monetam auream* figuratur *ingenii ſplendidior vena*, *in omnem orationis elegantiam, nitoremque, promtiſſima*: vel & *ipſa oratio e tali fonte profuſa.*

ٱلْعُقَدِ وَمِحَكُّ ٱلْمُنْتَقِدِ 40 فَقَلَّدُوهُ فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ ٱلزَّعَامَةَ تَقْلِيدَ ٱلْخَوَارِجِ أَبَا نَعَامَةَ فَأَقْبَلَ عَلَى ٱلْكَهْلِ وَقَالَ إِنِّي أُوَالِي هٰذَا ٱلْوَالِي 41 وَأُرَوِّحُ حَبَالِي بِٱلْبَيَانِ ٱلْعَالِي

40 فَقَلَّدُوهُ ٱلزَّعَامَةَ *per-miſeruntque ei auctoritatem*: vel *ſponſionem*; فِي هٰذَا ٱلْأَمْرِ *hoc in negotio*: i. e. *totam rem ejus arbitrio remiſerunt*. Grandis enunciatio: nam قَلَدَ *torſit* funem, monile; in 2. قَلَّدَ valet, *monili vel torque inſignivit* collum. Inter inſignia autem *præfecturæ* alicui *commiſſæ* quum ſit *torques collo circumdatus*, anſa inde porrecta uſui *Synecdochico*, quo قَلَّدَ *torquavit*, ut ſic dicam, frequentatur pro *præpoſuit muneri*, *præfectura ornavit*. زَعَامَةٌ eſt *dignitas* & زَعِيمٌ *ſponſoris*, *fidejuſſoris*, *Auctoris* & *principis in omni re*. Radix زَعَمَ *aſſeveravit*, *cum vehementia pronunciavit*. Item *arrogavit ſibi*; nec non; *fidejuſſit*, *ſpopondit*. Omnia a *concitatiore ſpuma oris*: nam origo ſub زغم *ſpumavit*, *ſpumam in ore movit*, continetur. Sequens خَوَارِجَ *Charagii*, *Hæretici* in *Iſlamiſmo*; de quibus *Hiſtor. Sarac.* p. 40. & *Abulfar. Hiſt. Dyn.* 170. 190. In *ſingulari* effertur خَارِجِيٌّ. Vide *Golium* p. 695. Horum *Dux* per viginti annos extitit *Katri Teminenſis*, *Abu Naama* cognomento dictus, ab *Equo* quem *ſedere* ſolebat, *Naama* dicto quod *ſtruthionis* curſu polleret: nam نَعَامَةٌ *ſtruthionem* deſignat.

Ibid. أُوَالِي *affectatus fui*; *affe-*

Lydii inſtar ſit, ad *bonitatem* præſentis nummi *examinandam*. Permiſerunt autem mihi omnes negotii hujus arbitrium, prout *Charisjii* ad *Aba Neama* omnia detulerunt. Proinde ad *ſeniculum* noſtrum converſus, ſcito, inquit, me in comitatu hu-

aſſeclam me præbui: a وَلِيَ *contiguus fuit, proxime ſecutus fuit, adhæſit*. Inde in 3. وَالَى pro تَابَعَ *ſine intermiſſione aſſectatus fuit. Aſſeclam egit*. Ab eodem *themate*, quatenus uſurpatur pro *adminiſtravit* rem, *eique præfuit*, deſcendit وَالٍ pro وَالِي *prætor, præſes* provinciæ; *præfectus*. intelligit *Virum* illum *principem* qui hoc in conſeſſu præſidebat.

41 أُرَقِّحُ *conſtituebam*; *curabam*. Eſt *fut.* 2. a رَقَّحَ; quod in II. tantum apud *Golium* proſtans, exponitur, *bene curavit, recteque adminiſtravit opes*. in V. تَرَقَّحَ *quæſtum fecit ſuæ familiæ*. Hæc *ſecundaria*: quorum *origo* non comparet in *Lexicis*. En *Camuſi* fluxum, non nimis copioſum الرقاحة الكسب والتجارة وترقّح لعياله تكسّب وترقيح المال اصلاحه والقيام عليه وهو رَقَاحِيُّ مَالٍ أي إزاؤه

Forma רִקְּחָה *ſignat acquiſitionem opum, & mercaturam. Et* תרקח *in familia ſua, ſpecie* V. *valet, quæſtui incubuit. In* II. תרקיח *in opibus adfert, earum conſtitutionem, & conſtabilitionem. Talis autem homo dicitur,* רקחי *opum*; i. e. *earundem ſtabilimentum, atque ſuſtentator*. Qui Linguas callent, nihil in hiſce reperiunt *primarium*: quemadmodum nec in *Teblebii* expoſitione ارقح اي اصلح وازين واحسن يقال رقح من عيشه اذا اصلح منه

Verbum רקח *valet bonum, pulchrum, ornatum reddidit. Dicitur nempe* רקח *de victu & vita, pro commodiorem effecit*. Videamus an *Gjeubarius* clariorem accenſurus ſit faculam. الرقاحة الكسب

ٱلْعَالِي وَكُنْتُ [42]أَسْتَعِينُ عَلَى تَقْوِيمِ أَوَدِي فِي بَلَدِي بِسَعَةِ ذَاتِ يَدِي مَعَ قِلَّةِ

يكتسب وترقح المال اصلاحه والقيام عليه تقول فلان رقاحي مال قال الحرث

والتجارة وفي تلبية بعض اهل الجاهلية جئناك للنصاحة لم نات للرقاحة وفلان يرقح لعياله اي

يترك ما رقح من عيشة
يعيث فيه همج هامج *

Vox רְקָחָה *notat parationem opum & mercaturam. Inter formulas quorundam in paganiſmo, quum opitulatum aliis venirent, erat :- Acceſſimus ad Te ob amicitiam ſinceram, non ad opes parandas venimus.* *Et in 2.; Ille familiæ ſuæ* ירקח *opes parat in 5. item* תרקח *in opibus, eſt eas recte conſtituere ac conſtabilire. Inde parator opum,* רקחי *qui eas auget. Dixit Elbarith.*

Relinquit quod paraverat de victu ſuo, Graſſaturæ expoſitum muſcis confertiſſimis.

Ne ex hiſce quidem aliud elicere datur, quam רקח ſignantiſſime adhiberi in *rei familiaris amplificatione illa, qua identidem lautior reddatur atque unctior.* Sic jam convenire incipit cum *Hebræo,* רקח, quod eſt *decoquere unguenta. Excoquere ad pinguitudinem & ſpiſſationem.* Hoc ad *opum incrementa unctiora* & *pinguiora* pulcre tranſlatum ab *Arabibus*; quibus & ſub هنأ *Linivit, Unxit*, eadem *Metaphora* arriſit: ac proinde jam ad *Orig...m* hancce exprimi poſſet, *Unctum reddidi ſtatum meum:* ubi حَالٌ *ſtatus pro re famil... ri:*

hujus viri principis, *rem domeſticam conſtituere* copia *expolitæ* orationis. In mea autem civitate me, quum parva eſſet familia, quadantenus ſuſtentabam meis copiolis; ſed quum

a Themate خَالَ *vertit, verſatus eſt.* Sequens بَيَانٌ *facundia*, בִּין, proprie eſt *diſtinctio*, & *facultas diſtincte mentem declarandi.* Pulcherrimo ea Epitheto ornatur اَلْحَالِي *politæ, comtæ, monilibus inſignitæ*; in *part. præſ.* a rad. حَلِي *monilibus ornatus fuit.* Inde جِيد حَالِي *collum monilibus ornatum.* Ad eam rationem حَلْي *mundus mulie-bris*, & حِلْيَة *polimentum, comtuſve monilium*, ad *orationis ornamenta* paſſim transferuntur. *Hebræis* חֲלִי etiam *Monile.* De *Origine* a *Terendo*, quatenus pro *poliendo* uſurpatur, alibi jam dictum.

42 أَسْتَعِينُ *opem petebam* Eſt *fut.* 10. verbi عَانَ *juvit.* In *Arabico* habes, *opem petebam ſuper correctione curvationis meæ, in civitate mea, a facultate quæ præ manu mea, cum paucitate numeri mei*: hoc eſt: *quam diu parva erat familia, me mea in civitate meiſmet copiolis ſuſtentabam, atque curvationem meam*; id eſt *ſtatum jam gravari incipientem, utcumque corrigebam.* أَوَدْ *Curvatio*; eſt *infin.* 5 الو אוּר *flexus, curvatus fuit.* تَقْوِيمٌ תְּקוּם *correctio, erectio*; eſt *infin.* 2. verbi قَامَ קוּם *ſtetit.* سَعَةٌ vel سَعَةٌ שָׁעָה *facultas*; proprie *laxitas*; a وَسِعَ ושע *laxus fuit.* ذَاتُ يَدِي זאת יָדִי proprie *hæc manus meæ*, eſt *recula familiaris, quæ cui præ manu.*

قَلَّةِ عَدَدِي فَلَمَّا 43 تَثَقَّلَ حَاذِي وَنَفِدَ يَدِي 44 أَمْهَنْتُهُ مِنْ أَرْجَائِي بِرَجَائِي وَدَعَوْتُهُ .

43 Continuatur figura ſuſcepta; cum ſubditur فَلَمَّا تَثَقَّلَ حَاذِي *ſed quum gravaretur ſcapula mea:* hoc eſt; *quum familia numeroſior facta, me prægavaret.* Apud *Golium* خَفِيفُ ٱلْحَاذِ *cui levis ſcapula*, exponitur *promtus, agilis.* nec male; niſi quod addi debeat; *qui familia non gravatur.* Id vel maxime hac in formula captatum. Sic in *Conſeſſ.* 46. وكنت حينئذ خفيف الحاذ حثيث النفاذ *Eramque tum tempeſtatis levis ſcapulæ, atque expeditus itineribus faciendis.* Origo, & amplitudo ſimul phraſeos, pateſcet ex *Tebrizio* ad *Hamaſa*, ubi poëta

✻ خفيف الحاذ من فتيان ✻

Levis ſcapulam e juvenibus.

Ad hæc ille. اصل الحاذ ظاهر الفخذ يريد انه قليل اللحم لان السمن يؤدي الى العجز ثم استعير خفة الحاذ في كل من امره ناجز لبس ببطي وجاء في الحديث افضل الناس في ذلك الزمان الخفيف الحاذ قيل وما الخفيف الحاذ قال الذي لا اهل له ولا مال. *Vocabulum Hadz propriè ſignat extimam Coxæ partem: innuit autem poëta, eum exigua carne præditum: nam corpulentia perducit ad ignaviam.*

quum mei humeri prægravarentur, & tenuis mea pluvia eſſet abſumta, ad eum ex oris meis contendi cum ſola mea ſpe; eum-

viam. Deinde tranſlata levitas coxæ, ſcapulæve, ad omnem cujus expeditum negotium, quique nullus tardat. In Traditione extat; præſtantiſſimus hominum iſto tempore, qui levis coxam. Quæſitum, quiſnam levis coxam? reſponſumque; qui nec familiam habet, nec opes. Non pugnat quod coxam exponat, quam alii ſcapulam, utramque enim dorſi partem illa vox amplectitur: & utrimque anſa ad eoſdem uſus prona, ac promta.

Ibid. Concinna formula; abſumta eſt tenuis mea pluvia: ſive roratio. Ea pingit copiolas exiguas rei familiaris: a رَدَّ & أَرَدَّ roravit coelum, uter, vulnus. Eadem tranſlatione uſus Noſter conſ. 24. وكنا تقاسمنا ان لا ينقرد احدنا بالتذاذ ولا يستبد بنائل ولو برذاذ

Et jusjurandum inter nos dedimus neminem noſtrum ſeparatum capturum voluptatem, privamque ſibi facturum vel rorationem.

Conſimiliter طش ψεκάς, *pluvia tenuis*, in *conſ.* 22. oppoſita τῷ وبل *imbri profuſo*, in pulchro hocce verſiculo

وبين خلب برقه من صدقه
للشائمين ووبله من طشه ❀

Et internoſcatur deceptor fulminis ejus, a veracitate ejus;
Pro nubem captantibus; ejuſque profuſus imber, a roratione ejus.

Hoc eſt *probe diſtinguatur; quis fallat in donis promittendis; quis fidem impleat; quiſve largiter depluat; quiſve irroret tantum.*

44. أَمَمْتُهُ *contendi ad eum.* Eſt *præt.* 2. ab أم אמם *recta tetendit, intendit.* أرجاء *oræ;* eſt *plur. fract.* a رجا pro

 رجو

وَدَعَوْتُهُ لِإِعَادَةِ رُوَائِي وَإِرْوَائِي 45 وَهَشَّ لِلسُّؤْلِ وَفَادَةً
وَرَاحَ وَغَدَا بِٱلْإِفَادَةِ وَرَاحَ فَلَمَّا 46 ٱسْتَأْذَنْتُهُ
فِي

رَجًى, *latus & ora*, pecul. *putei*, *regionis*, *cæli*. Radix رَجَا *ſperavit*; *timuit*: profundioris eſt *Originis*; ad quam *Lexica* parum prælucent. Ejus derivatum رَجَاءٌ *ſpes*, venuſtam hic præbet *alliterationem*: quæ & captata inter رُوَاءٌ *nitor faciei*; a رَأَي ראה *vidit*: quod eſt pro رُوَاءٌ, quod iterum pro رُآءٌ, & inter إِرْوَاءٌ *irrigatio*, in *infin.* 4. a رَوِيَ רוה *rigavit*. إِعَادَةٌ item *infin.* 4. a عَادَ עוד *rediit*; *iterum fuit*, vel *fecit*. Per *redire facere alicui nitorem vultus*, & *irrigationem*, intenditur *recreatio a macie*, *miſeria*, *inopia*.

45. هَشَّ *lætus*, *alacer fuit*. Eſt *ſecundaria* notio, a *primaria agilioris motus*: unde & adſcita vis *quaſſandi* arborem. Pulcherrime in *Hamaſa*.

أَلْفَيْتَنِي هَشَّ ٱلْيَدَيْنِ
بِمَرْيِ قِدْحِي أَوْ شَجِيرِي *

Reperias me agilem manuum,
Quum verſito ſagittam meam, & aleam.

Intelligit *promtitudinem*, cum *benignitate*, *facilitate*, *comitate*, conjunctam. Aliud *lubentiæ*, verbum رَاحَ רוח, *ſpiravit*, *flavit*. Inde in 8. ٱرْتَاحَ *alacer ac lubens fuit*: & رَاحَةٌ *commoditas*, *reſpiratio*, *lætitia*. وِفَادَةٌ

ada

eumque compellavi ut me redire faceret ad *nitorem* & *irrigationem* meam: ille vero lætus & alacer ob meum adventum, *matutinus* fuit in me *adjuvando* & *veſpertinus*. Dein-

adventus: a وَفَدَ *venit*, *acceſſit*. Ab *imminendo* ducta poteſtas: nam وُفُدٌ eſt *ſummitas eminens*; vel *imminens*: & 4. أَوْفَدَ per أَشْرَفَ *imminuit* declaratur. Speciatim, ut *Gjauh.* monet وَفَدَ عَلَى الأَمِيرِ *imminuit principi* eſt وَرَدَ رَسُولاً *legatus ad eum acceſſit*. إِفَادَةٌ inf. 4. a فَادَ *maceravit*; *liquore humectavit*: *liquavit*. Inde formula فَادَتْ فَبَاعِيدَتُهُ *liquavit liquans ejus*; pro *opes ejus profuerunt*. Inde أَفَادَ *dedit*, *donavit* alteri opes: quaſi *eliquavit*: item, *conſecutus fuit* ipſemet opes, *lucrum quæſivit*; *utilitatem percepit*: item, quaſi *eliquavit*. Exponitur quoque فَادَ *mortuus fuit*; nempe *maceratus*, veluti, ac *liquatus defluxit*. Alio *tropo* فَادَ eſt تَبَخْتَرَ *jactanter inceſſit*; *diſſoluto* ac *fluenti* greſſu

ſcilicet. غَدَا وَرَاحَ *matutinus fuit*, & *veſpertinus*, in aliqua re, ſolennis ſtructura, ad *aſſiduum ſtudium* deſignandum. رَاحَ רוח *ſpiravit*; in *veſpertini temporis* rationem tranſiit, quod tunc *dies* quaſi *reſpiret*; ſimulque ab æſtu & labore *reſpiretur*. Hinc רוח היום *reſpirationem diei* converti poſſe, *Gen.* 3. alibi ſubmonitum.

46 لِيَسْتَأْذِنَهُ *Veniam rogavi eum*: in 10. ab أَذِنَ און *aurem præbuit* &c. فِي ٱلْمَسْرَاحِ *in abitu*, *reditu*. Eſt *derivatum* a رَاحَ *veſpere rediit*; unde مَسْرَاحٌ in *Lexico* exponitur, *locus unde & quo abeunt homines*. Addas licet, ipſum *abitum*, *reditumve*, qui etiam hac forma conſignatur: quatenus *Mim* non *locum* & *tempus* ſolum, ſed & *actionem* ipſam adferre poteſt. Ab eadem *radice* ſimul, ſimul *ſignificatione*, propagatum مُرَاحٌ *locus ubi noctu* com-

فِي ٱلْمَرَاحِ إِلَى ٱلْمَرَاحِ عَلَى كَاهِلِ ٱلْمِرَاحِ
قَالَ فَدْ ٤٧ أَزْمَعْتُ أَلَّا أَزُورَكَ بَنَاتًا وَلَا أَجْمَعَ لَكَ

commorantur vel ſtabulantur pecudes. In *Diw. Had.*

فَلُومُوا أَمْوَالَكُمْ فَإِنِّي سَأُعْتِبُكُمْ إِذَا
ٱنْفَسَحَ ٱلْمَرَاحُ ❋

At vos culpate opes veſtras, namque ego tum demum vos in gratiam recipiam, quum elaxata fuerit ſtabulatio.

Id eſt, *non deſinam vos, qui camelis gregibuſque abundatis, deprædari, donec meæ ſtabulationes laxiores factæ ſint.* Noſter *ſtabulationem* lepide traduxit ad *Lares domeſticos.* Figuratiſſime ſubnexum, *ſuper dorſo alacritatis,* عَلَى كَاهِلِ المِرَاحِ Nempe a مَرِحَ *valde lætus & agilis fuit,* inter alia deſcendit مِرَاحٌ *ſtatus lætitiæ lubentiæque.* Ei adſcribitur كَاهِلٌ *interſcapilium, dorſum, cameli, jumentive* geſtantis aliquem: ad quam rationem *lætior lautiorque fortuna* concipitur *poſſeſſorem* ſuum, veluti *ſeſſorem*, portare. ddit Teblebius كَاهِلٌ *interſcapilium* eſſe ait عبارة عن غاية القوة وكمال النشاط *figuram ſummi roboris, & completæ alacritatis.* Reſpicit formulam شديد الكاهل *Robuſtus interſcapilio*; id eſt *præpollens robore.* In *Golio* interpretamenti loco additum منيع الجانب *inacceſſus lateris: quem nemo tangere ſuſtinet.*

47

Dei inde veniam eum rogavi ad *ſedem* propriam *redeundi* ſuper *dorſo alacritatis.* At ille, *deſtinavi* cum animo meo, te nequiquam viatico inſtructum dimittere, neque *diſperſionem*,

47 أَزْمَعْتُ *deſtinavi in animo.* Eſt *præt.* 4. a زَمَعَ *lente inceſſit*, & contra, *properavit*: item, *mente perculſus & attonitus fuit ex metu.* Origo *ſubſtringendi* hæc amice conciliare apta. Nempe *ſubſtringit inceſſum*, qui *lentiuſcule procedit*: diverſo adſpectu, *ſubſtringit eundem*, qui *expeditius progreditur.* Per *metum* quoque *mens ſubſtricta* tenetur. In 4. أَزْمَعَ eſt quaſi *adſtrinxit ſibi*; atque ita *cum animo deſtinavit.* Eſt nempe verbum grave, *firmum* ſignans *propoſitum.* Ita in *Diw. Hud.* Poëta vetus.

وَأَزْمَعْتُ رِحْلَةً مَاضِي ٱلْهُمُومِ

أُطَّعَنُ مِنْ ظُلُمَاتٍ حُضُونَا *

Et in animo deſtinavi iter, ſecans moles curarum,
Ut me penetrarem per tenebrarum ſinus.

Sequens أُزَوِّدُ *viatico inſtruam:* in *fut.* 2. a زَادَ *med. waw*; ejuſdem *Originis* cum زَادَ *med. je*; de quo alibi dictum. بَتَاتٌ in *Lexicis* etiam per زَادٌ *viaticum*, *commeatus* declaratur. Hinc *tautologum* videri poſſet, quod hic *Haririus* extulit: ſed ut hoc a viri vera & maſcula Eloquentia alienum; ita ex hac ſtructura recognoſcas velim veteris *Linguæ* genium; quo زَوَّدَ بَتَاتًا enunciari ſolebat; quaſi tu dicas *coctum dedit per partes ſectas.* Nempe بتات proprie *ſegmentum*, *pars ſecta*: & زود *decoxit*, *coctum fecit.* Utrumque in *viaticum* concurrit. Bene *Teblebius* بتات هو طعام

Ee يتبتنون

لك شتاتا او 48 تنشي امام ارتحالك رسالة تودعها شرح حالك حروف احدي كلمتيها يعمها النقط وحروف الاخري لم

يتخذ للسفر وهو من البت اي القطع *ſegmentum vocatur cibus qui aſſumitur itineri faciundo*, a *verbo*, *quod ſecandi vim poſſidet.* Minus bene ſubjecit وسمي الزاد بتاتا اما لانة شي يقطع به المسافة واما لانه قطعة من المال معده للسفر *viaticum nomine ſegmenti adfectum*, *vel quod eo ſecetur* i. e. trajiciatur *deſertum*; *vel quod ſit ſecta pars opum paratarum itineri.* Prius plane rejiculum: poſterius pulchre ſe habebit, ſi pro *opum* adſciſcatur *eduliorum.* ſi tamen, ad *pecunias* quoque extendatur vis vocabuli, poſterius eatenus recte ſe dabit. Ultima formula ولا اجمع لك شتاتا *neque recolligam tibi diſperſionem*, dupliciter exponi poſſe ait *Teblebius*; vel ut ad *opes diſperſas*; vel ut ad *diſperſionem a Laribus*, & *familia* referatur. Utrumque ſane in uſu *Arabum* fundatum; dicuntque *collegit ei diſperſionem*, pro *diſſipatas ejus opes inſtauravit*: nec non, *patriis eum ſedibus reddidit.* Contrarium ſonat شتت شمله *diſperſit collectionem ejus* h. e. *Eum & opibus*, *& ſedibus*, *evolvit.*

48 او تنشي *aut concinnabis*, poſitum pro *niſi concinnaveris*; qua ratione & או Hebræis venit. Pulchre enunciatum porro تودعها شرح حالك *commendabis ei explicationem ſtatus tui*; vel potius, *depones ad eam*: i. e. *in ea conſignabis.* Concinne *Teblebius* تضمنها وتجعل فيها كالوديعة *fa-*

nem tuam *recolligere*, niſi mihi, ante diſceſſum tuum, epiſtolam concinnaveris, in qua conditionis tuæ explicationem conſignes, cujus verba alternis nunc omnes literas punctis in-

facies eam comprehendere, atque mandabis ſcripto tanquam depoſitum Tam exquiſitam phraſin captavit Noſter, ob rarum, & ſingulare, artificium, quo *Epiſtolium* hocce concinnandum foret. Scilicet ex *literis Arabicis, punctis diacriticis* inſignitæ *quindecim*, ut *tredecim* iis carent. Volebat ergo alternatim vocabula adhiberi alia e *literis* conflata *punctatis*, alia e literis *puncto* vacuis. Revera عُضْلَةُ ٱلْعُقَدِ *intricatio nodorum*; ad quam expediendam ſingularis plane Eloquentiæ vena requirebatur.

Ad voculam قَطُّ *omnino, plane*; haberi meretur elimata & ſubtilis diſcuſſio *Teblebii*.

قط بفتح القاف وتشديد الطا مضمومة في الافصح وهو ظرف لاستغراق ما مضى من الزمان وتختص بالنفي واشتقاقه من قططته اي قطعته فيعني ما فعلته قط ما فعلته فيما انقطع من عمري لان الماضي منقطع عن الحال والاستقبال ومنه قط القلم اذا قطع طرفه

&c. *Katto cum phata & Kopb, & Teſdid literæ Ta Dammatæ, elegantiſſimum cenſetur. Eſtque particula complexionis univerſalis circa tempus præteritum; ac ſpeciatim uſurpatur in negatione. Derivatio ejus eſt a verbo katat, quod eſt reſecuit. Quum igitur dicis, non feci illud katto, ſenſus eſt, non feci illud in eo quod reciſum de ætate mea: namque præteritum eſt quaſi reciſum de præſenti ac futuro. In calamo eodem hoc vocabulo utuntur, quum ejus extremitas reſecatur.* Apud *Clariſſ. Golium* tres habes ſcriptiones *katto, kitto, kotto:* unde percipies cur *katto* elegantius pronunciarit *ſcholiaſtes*. Apud *Hebræos* קטט *inſecandi* notionem primariam poſſedit: quin & particula קט conſimili *præciſione* aucta fuit.

لم نعجمن قط وقد 49 استأنيت ببياني حولا فما أحار قولا ونبهت 50 فكري سنة فما ازداد الا سنة واستعنت 51 بغاطبة الكتاب فكل

49 استأنيت *patienter colui.* In *præt.* 10. verbi انى *appropinquavit tempori ſuo*: & ; *tempus idoneum venit*: item ;. *ad extremum terminum pervenit*: & in *Alcorano*; *ſummo ardore ferbuit* de الحميم *aqua calida*. Hæc omnia a *maturo* ſponte dimanarunt. Eſt *Hebræis* quoque ſat trita *Radix*: cujus אנה eſt *maturavit*, *maturum*, *in tempore*, *occurrere fecit*. תאנה *occaſio*, proprie *maturitas*. אני *Navis*, vel *claſſis* potius, *maturo tempore ire*, ac *redire ſuэta*. Lepide enunciatum, *patienter colui*, vel *expectavi*, *eloquentiam meam*: proprie *maturitatem ejus petii*, *expectavique*. حول *annus* ; ex *origine* ſignat *verſationem*. Inde ſentias eur idem حول *potentiam* quoque exprimat; quum quis arbitrio ſuo omnia *verſat*, ac volvit. *Radix* حال *med. waw*, *vertit*, *verſavit*. أحار *reſpondit*: in *præt.* 4. proprie *redire fecit*: ab حار *med. waw*, *rediit*: item *candidus fuit*: ut חור. Ea vis *ſecundaria* a *reflexione* lucis ducta. Eadem venuſtate qua *Eloquentiam ſuam* ſe *patienter expectaſſe* dicit, ſubſumtum, eam ne קול قولا *vocem* quidem *ullam reſpondiſſe*.

50 Conſimili dignitate prolatum, *Expergefeci ingenium meum*: quod quaſi *dormitare*, atque *in officio ceſſare*, videbatur. فكر a فكر *attentus diſpexit* & *cogitavit* de re aliqua, indicat *intentam conſiderationem*. Ejus *Originem* ne *Arabes* quidem nunc dare poſſint; dimiſere enim uſum *ligandi* aut *vinciendi*; quem *Aramæi* ſub פכר retinuerunt. Inde *attentio* ducta, qua res quaſi *oculo revincta alligatur*. Eadem tranſlatio ſub تقيّد [illegible]

nuit

inſtr ctas habeant, nunc iiſdem plane deſtitutas. *Eloquentiam* itaque meam annum *ſumma patientia colui*, ſed nihil plane *reſpondit*, & *ingenium* meum *expergefeci*, toto illo ſpatio, *ſomno* tantum majore *auctus*. Imploravi quoque *omnes ſcribendi uſu*

nuit: quod in 5. valet *ſe adſtrinxit intentuſque fuit* rei: a قيد *vinculum.* ازداد *augebar*: in 8. a زاد med. *je*, *crevit*; proprie *tumuit cum fervore.* Inde זיד *ſuperbire* quaſi *tumeſcere. Zwellen*: Sed Gen. 25: 29 וַיָּזֶד נָזִיד valet, & *Coxit decoctum.* Nempe הֵזִיד *tumeſcere fecit cum fervore* eſt *coxit*: & נָזִיד in *part. Niph. tumeſcere factum*; eſt *decoctum.*

51 إِسْتَعَنْتُ *imploravi*, *auxilium rogavi*: in *præt.* 10. a عان *juvit*: de quo ſupra. قَاطِبَةً apud *Golium* exponitur *omnes*, idem cum جَمِيعًا.

Ut vis ac proprietas *Linguæ* diluceſcat, præmittenda *Criſis Teblebii* ſic in Noſtrum deſtricta:

استعمال الحريرية قاطبة مضافة الي ما بعدها وتعريبة وادخال حرف الجر عليها كل ذلك مخالف لما اجمع عليه اهل العربية من ان قاطبة لا تستعمل الا منصوبة علي الحال كذا نطقت به العرب ولم يستعملوها فاعلة ولا مفعولة ولا مجرورة ولا مضافة ولا معرفة ومثلها طرا وكافة

Quod Haririus uſurpet vocem Katibati in conſtructione cum ſequenti, eamque ſic reſtringat; atque vocali keſra adficiat: totum hocce diverſum ab eo in quo conveniunt ſtudioſiores Arabiſmi, vocem katibatan non uſurpari niſi in accuſativo phatato: ita certe Arabes ea uſi; eamque non adhibuerunt nec ut participium tranſitive, intranſitive; nec in genitivo; nec in conſtructione, ac reſtrictione: plane ut Terran, & Caffatan. Ab omni ævo *Grammatici* in talibus ſibi argutiis placuere; atque præſtantiſſimis ſcriptoribus litem moverunt:

فَكُلٌّ مِنْهُمْ قَطَّبَ وَتَابَ فَإِنْ كُنْتَ
52 مُحَدِّثًا عَنْ وَصْفِكَ بِالْيَقِينِ فَأْتِ بِآيَةٍ
إِنْ كُنْتَ مِنَ الصَّادِقِينَ ۞

فَقَالَ لَهُ أَعْنَ 53 اسْتَشْعَرْتَ يَعْقُوبَا
وَاسْتَشْعَرْتَ

eo ipſo inſcitiam ſuam nudantes. قَاطِبَةً revera nil aliud, quam *participium præſens* a قَطَبَ *ſecuit*; & *ſecundo miſcuit*. Inde *Miſcens* pro *multitudine* undique *conglomerante*. Etiam قَطِبَ *med. keſrata* valet *congregati fuere* homines. Quidni ergo قَاطِبَةً cum *forma*, *vim* quoque *participialem* retineat? prout قَطِيبَةً quoque *part. paſſ. multitudinem* conſignat.

In verſione *Arabica* Joſ. 9. 18. 19. 21. reperis جَمِيمُ اَلْقَاطِبَةُ *univerſum turbæ*, pro *univerſa turba*. Rectiſſime ergo ſtructum ab *Haririo* قَاطِبَةُ ٱلْكُتَّابِ *glomerans multitudo ſcriptorum* quamvis inverſa ſtructura uſitatius efferatur ٱلْكُتَّابُ قَاطِبَةً *ſcriptores in univerſum omnes*. Eadem Radix قَطَبَ *ſecuit* etiam frequentatur pro *caperavit frontem*; quod in 2. adhuc *intenſius* quid adfert; *contraxit cum auſteritate* vultum, *terrorem incutiens*. Hac anſa قَاطِبٌ *caperans frontem*, inter *Epitheta Leonis*. In *Diw. Hud.*

بِمَشْيِي

uſu celebres, ſed cuncti *caperare* frontem, ſeque *avertere*. Quod ſi vere nobis *formam tuam* expoſuiſti, huc *ſiſte ſignum* ſi ex veridicis es.

Dixit illi, ſane vero *ad curſum evocaſti curſorem equum*, & *pe-*

يمشي الية كما مشي الي خبسة
سبد قاطب *

Vadit ad eum, pro ut vadit ad luſtrum Leo caperans.

Ultimum تَابَ *rediit*; hic notat *avertit*; اي رجع عن الاعانة ſive *reflexit ſe ab auxilio præſtando*. Hoc tamen potius fuiſſet ثاب, per *Tſe*, quomodo a quibuſdam legi, ſubmonuit *Teblebius*. Videtur ergo تاب *revertit* hic poſitum argutius, uſu illo *convertendi ſeſe ad Deum*; nam verbum hoc frequentare ſolent in rebus gravioribus, exclamando, اتوب *pœnitentiam ago*; quando *ad incitas redactus* quis hæret. ثاب & تاب cum תוב & שוב conveniunt.

52 صَدَعْتَ *profeſſus fuiſti*, *claris verbis expoſuiſti*: in *præt.* 1. a صدع *fidit*, *rupit*. Sic ῥήσσειν & *rumpere*, *vocem*, pro *clare enunciare*. Recte *Teblebius* صدعت اي كشفت واظهرت واصل الصدع الشق *Verbum hocce valet manifeſtaſti*, *in publicum extuliſti*, *ejus origo in fiſſione ſita*.

53 أَسْتَسْعَيْتَ *ad curſum evocaſti*: in *præt.* 10. a سعي *cucurrit*, *cum curſu latus fuit*. Origo in *concitatiore motu*, unde *ſtuduit*, *operam dedit*, *intendit*, *adminiſtravit*, *obtrectavit*, aliæque notiones ſecundariæ emanarunt. *Hebræis* Thema סעה vindicat *Pſ.* 55: 9. ubi רוח סעה eſt *ventus concitatiſſime latus* aut *impulſus*.

يَعْبُوبُ *equus velox*; a *Rad.* عب *Bibit ſine ſuctu*, *ſorbitione non interrupta*. Rationem nominis intelliges ex *Teblebio* قال

وَٱسْتَنْشَقْنَ أُسْكُوبَّا ٥٤ وَأَعْطَيْنَ ٱلْقَوْسَ بَارِيَهَا وَأَنْزَلْنَ ٱلدَّارَ بَانِيَهَا ثُمَّ فَكَرَ ٥٥

قال ابو البقاء اليعبوب الفرس الذي يتصل جريه والياء زايدة وصله من عب الماء اذا تجرعه جرعا متصلا من غير مصّ فهو يفعول انتهى قال ابن الانباري اليعبوب الفرس الكثير الجري اخذ من قولهم نهر يعبوب اي كثير الماء واشتقاقه من قولهم عبّ البحر اذا كسرت امواجه

Abulbeka auctor eſt, jabboub eſſe equum continuo curſu pollentem, & je eſſe ſervile; a radice uſurpari ſolita, quum quis a quam uno continuo hauſtu ſorbet, abſque ſuctione: in forma יִפְעוּל *Hactenus ille. Anbarides ait. Jabboub eſt equus multo pollens curſu. Notio deſumta ex eo, quod fluvium Jabboub appellent, aqua copioſum. Is autem derivatur a verbo Hbabab in mari, cujus fluctus franguntur.* Utrumque habet quo ſe commendet: nam utrumque cum figuratiore *Arabum* ſtylo conjunctiſſimum. Dicunt ſcilicet de *equo curſore*, quod *ſpatia ſorbeat, hauriat, deglutiat, conſumat.* Dicunt de *eodem*, quod *ſcaturiat, undet, redundet in curſum*; quum ipſa *fatigatione* quaſi *in vires reficitur*, & *innovatur*; pro *ſpecimine* habeatur nunc tantum جَمُومٌ *aqua ſcatens puteus*; & equus *qui abſoluto curſu alium mox init.* Ipſum verbum جَمَّ *ſcaturivit, confluxit* denuo aqua exhauſta, *curſui* applicitum, dat formulas جم جريه & جم في الجري *ſcaturiente polluit curſu*: i. e. *inexhauſto vigore currendi prœditus fuit* Ad hanc *Originem* noſtri vocabuli reſpexiſſe videtur. *Poëta* vetus in *Hamaſa.*

وَلِلْقَارِحِ

petiviſti *rigationem a flumine per terram diffuſo* : dediſti quoque *arcum ejus aſciatori*, & *domum habitandam* tribuiſti *ejus ædificatori*:

وَلَلْقَارِحُ ٱلْيَعْبُوبُ خَيْرٌ عُلَالَةً
مِنَ ٱلْجَذَعِ ٱلْمُرْجَي وَأَبْعَدُ مَنْزَعَا *

Sane annoſior Curſor melior in reliquiis vigoris,
Quam junior deterioris notæ ; & fundo profundior.

Obſervetur in tranſitu عُلَالَةً proprie eſſe *parum lactis*, vel *aquæ* : indeque pro *reliquiis curſus equini* frequentari. مَنْزَع *fundus* eidem *curſori* datur, quatenus comparari ſolet *puteo ſcaturienti* : eaque anſa jam, granditate inſigni, appellatus ille ابعد منزعا *longinquior fundo*; i. e. *profundior* ad *novas* ſibimet *aquas*, *novas vires*, in curſum ſufficiendas. De cetero *proverbiale* quid in phraſi hacce contineri, ut in *Latino*, *currenti calcar ſubdere*, quivis intelligit.

Proverbialem quoque *vim* exerit استسقيت اسكوبا *rigationem popoſciſti rivum effuſum*. A سقي שקה *rigavit*; in 10. naſcitur poteſtas *petendi rigationem*; A سكب *fluxit*, itemque, *fudit*, *largius profudit*, deſcendit أُسْكُوبٌ *per terræ faciem ſe diffundens flumen*. In *Golio* operarum vitio poſitum *fulmen*; cui nihil in hanc formam juris. Ex hocce سكب *Hebræum* שכב *Originem* ſuam recuperare, in *Comment.* ad *Jobum* tangere cœpi.

54 Adtexta duo *proverbia* in idem tendentia, nec tamen idem omnino ſignantia. Primum eſt, *dediſti arcum aſciatori ejus*. Ejus elucidationem dabo ex *Teblebio* باريها اي الذي نحت عودها والبري النحت ومنه بري النبال وبري القلم واول من قال اعط القوس باريها الحطيئة

55 فَكَّرَ رَيْثَمَا ٱسْتَجَمَّ قَرِيحَتَهُ وَٱسْتَنْدَى

الحطيئة . ونظمه بعضهم فقال

يا باري القوس بريا ليس يحسنه
لا تظلم القوس اعط القوس باريها *

Dediſti arcum aſciatori ejus, i. e. *qui eum dolavit, radendoque polivit: nam radix* ברי *eſt aſciavit ad polituram uſque, unde* ברי *in præciſione ſagittæ, calami, ſimiliumque. Primus qui dicto hocce uſus, da arcum aſciatori ejus, eſt Albodia. Non nemo ſic verſu extulit.*

O aſcians arcum aſciatione non pulchra;
Ne iniquus ſis arcui; da arcum aſciatori ſuo.

Hoc eſt: *perito* & *artifici remitte negotium*, quod *male tractas*. Hic plus intenditur; & per *Aſciatorem arcus* deſignatur *Auctor*, *inventor*, & *expolitor artis jaculatoriæ*. Iſti *arti* venuſtiſſime comparatur *Eloquentia*; cujus vis per *Arcum* eadem gratia depingitur. Eodem fertur alterum illud proverbium, *deſcendere feciſti in domum ædificatorem ejus*. Latine diceres, *Spartam hanc ei mandaſti, qui unus optime eam ornare valeat.*

Ad omnia talia geminum ſeſe dictum præbet. In *Hiſt. Tam.* p. 147. *Timuri* filius *Amiransjab* imperium ſibi a patre jam ſeneſcente tradi poſtulans, hiſce formulis utitur; *Trade arcum aſciatori ſuo & deſcendere fac in domum ædificatorem ejus.* Iterum *pag.* 243. *Timurus Tataros* ſollicitans, ad *Bajazethum* deſerendum, iiſque regiones ejus ſe in poſſeſſionem perpetuam traditurum promittens, ſic inducitur: *dabo tunc arcum aſciatori ejus, & deſcendere faciam in domum ædificatorem ejus; & reddam aquas ſuis alveis, voſque conſtituam poſſeſſores urbium & arcium ejus* &c.

55 فَكَّرَ *Meditatus eſt attentius.* A *vinciendo rem*, quæ *attentius conſideratur*: ut paulo ante indicatum. رَيْثَمَا *uſ-*

ri: Deinde commeditatus *uſque dum ſcaturigo ejus aquas ſuas col-*

uſque dum, conflatum ex رَيْثَ & مَا deſcendit a رَاثَ *med. je*, *tardus*, *lentus fuit*. Ejus derivatum رَيْثٌ *cunctationem lentiorem* ſignat. Inde jam *adverbialiter* adſcitum رَيْثَمَا junctim, & رَيْثَ مَا ſeparatim; quaſi *cunctatione ejus*, *quod* quidque poſtulat. *uſque dum* اِسْتَجَمَّ *recollegit venam aquarum* in 10. a جَمَّ גמם *confluxit aqua*, poſtquam exhauſta fuiſſet. Notiones quæ 10. huc *ſpeciei* in *Lexico* additæ, *quievit*, *conquievit*, *refocillatus eſt*, ex hoc fonte: quaſi dicas *fatigatus* & *exhauſtus recollegit vires*. In *Hamaſa* poëta vetus.

يَا رَيَّهَا مِنْ بَارِدٍ قَلَّاصِ *
قَدْ جَمَّ حَتَّى هَمَّ بِانْقِيَاضِ *

Heus rigationem ejus ex frigida, ſeque in puteo efferente aqua.
Quæ quidem eouſque adfluit identidem, ut minetur diſrumpi.

Hinc جَمٌّ *aqua putei identidem confluens*, *ſeque recolligens:* per *tropumque* mox, ipſe *puteus*; atque adeo *omne* quicquid *copioſa* & *inexhauſta vena* pollet. In *Diw. Hud.* egregie figuratum.

وَٱلدَّهْرُ جَمُّ ٱلنَّوَائِبِ *

Fortuna autem copioſa eſt infortuniis.

 Sic

وَٱسْتَدَرَّ لِقْحَتَهُ وَقَالَ لَهُ أَلِقْ دَوَاتَكَ وَخُذْ أَدَاتَكَ وَٱكْتُبْ ۞

ٱلْكَرَمُ 56 ثَبَّتَ ٱللَّهُ جَيْشَ سُعُودِكَ يَزِينُ وَٱللُّومُ

Sic verbum ipſum in *Hamaſa.*

وَإِنَّ ٱلدَّهْرَ جَمٌّ عَجَايِبُهُ ✱

Namque quod ad Fortunam, copioſa ſunt ejus miracula.

Ad eam rationem infinita conformata: ut apud *Abulphar.* جَمُّ ٱلْمَنَاقِبِ *inexhauſta vena virtutum præditus:* & in *Dîw. Hud.* جَمُّ ٱلْمَوَاهِبِ *inexhauſta vena ſcatens in donationes.*

Vides quam pulchre enunciatum ſit إِسْتَجَمَّ قَرِيحَتَهُ *venam recollegit ſcatebra ejus:* dictique gratiam interius adhuc perſentiſces, ſi de قَرِيحَة *ſcatebra*, & per *metaphoram*, *ingenium* ac *naturalis vena* quaſi, relegeris, quæ ſuperius annotata.

Ibid. Non minus elegans figuratio, واستدرّ لقحته *& ad fluxum evocaſſet camelum ſuam lactantem.* دَرَّ *radiavit fluxus* lactis; & *radiatim emiſit lac* camelus; in 10. dat *provocavit fluxum lactis.* Jam vero *Eloquentia* ab Arabibus comparari ſolet *fluxui copioſo lactis;* unde formula لله درّك *proh fluxum lactis tui!* alibi explicita. Hæc anſa adduxit لِقْحَة ejuſdem poteſtatis cum لَقُوح *camelus quæ mulgetur.*

Hinc ajunt, *mulge camelum tuam, ut lac præbeat:* pro *mentem vena copioſa eruditionis præditam.* Vides quo jure لِقْحَة, per

collegiſſet, & donec *camelam* ſuam *lacte uberem incitaſſet ad fluxum*, dixit, para atramentarium tuum, & cape apparatus tuum ac ſcribe.

„ *Liberalitas* (ſtabiliat deus exercitum felicitatis tuæ) *ornat:* „ &

per نفس *mentem* exponatur. Tales *gloſſæ* ſi extra ſeriem, & juſtam conſtructionem, offerantur, *ſcopas ſolutas* appelles licet; vel potius *oſſa arida* & *disjecta*.

Ibid. ألق *inſtrue lana & atramento*. Eſt *imper.* 4. a لاق *med. je* & *waw*: primaria poteſtas in *molliendo*: unde *molliter concinnare*, *aptare*, *parare*, ſuccrevit. Eſt autem ſpeciatim, *emollire* aliquid *macerando*; habetque *metaphoras* egregias: quas hinc quiſque ſibi enucleabit. دواة *atramentum* & *atramentarium*, ſupra illuſtratum, cum *Hebræo* דְּיוֹ pro דְּיָו a דָּוָה, idem quod דְּוַי, دوي. Nihil in hiſce diſſonum. Nempe דְּוַי & דְּיוֹ *maſculinæ* ſunt formæ, pro quibus in *fœm.* exit דְּוִית, دويه; & דְּוִית: a *maſc.* per *quietem* eſt דְּוֹן & דְּיוֹ: a *fœm.* דְּוִית & דְּוֹית: quod eſt noſtrum دواة.

56. Eſt inter figurata dicta *corroboratus eſt exercitus ejus*; pro *res opeſque ejus invaluerunt*; vel &, *inconcuſſum habuit ſtatum*. Inde ad genium orientis, *ſtabiliat exercitum felicitatis tuæ*, valet, *ſtatum tuum felicem & augeat*, & *firmum immotumque reddat*. Alterum votum, in *parentheſi* item inſertum, *deprimat fortuna cilium invidentis tui*, per ſe clarum; cum alluſione ad *ſupercilia ſubducta* & *altos oculos*, quibus *faſtus* & *contemtus* pingi ſolent. غضّ *depreſſit viſum*; *ſuppreſſit* vocem; *cohibuit*; *imminuit*; *detraxit de quantitate* &c. omnes iſtas notiones *ſecundarias* induit, a *frangendo*, *præfringendo*. Sic *Latinis viſus* & *vox frangi* dicuntur; *impetus* quoque *frangitur*, *infringitur*: & *præfringitur*, quum *imminuitur*.

Sed en mirum quid! Idem غضّ pro غضغض *med.* *Ke-*

وَٱلْيَوْمُ غَضَّ ٱلدَّهْرُ جَفْنَ حَسُودِكَ
يَبِشُّ وَٱلْأَرْوَعُ 57 يُثِيبُ وَٱلْمُغْوِرُ يَخِيبُ
وَٱلْحَلَاحِلُ 58

Keſrata declaratur per *recens fuit: primo vigore nituit* juventa &c. Ex hoc uſu Noſter in eadem hac *Epiſtola* dabit خفض وسرور غض *commoditas & lætitia recenter nitida.* Eſt *metaphora* a *ramo tantum quod refracto* ab arbore, & *pulchre virente.* Sic *Avicenna* L. I. p. 45. غضّين بضّين *nitentes*, *madentes*: i. e. quaſi *recens refracti rami*, *vigore & madore pleni.* Habes concordiam ſuaviſſimam, in ſignificationibus quas nulla copula jungere poſſe videbatur. Idem judica de ſimilibus diſſonantiis; quæ confeſtim amiciſſime conſonabunt, ſi vera *Origo* harmoniam temperarit.

57 ألأروع يثيب *ſtrenuus remunerat.* Poſterius in *fut.* 4. a ثاب שׁוב *rediit*; ut *Hebræis* השׁיב etiam valet *remunerari.* Prius أروع a *Radice* رَاعَ *tremuit*; & tranſitive, *terruit*, etiam exponitur *placuit* res, vel perſona. Inde أروع in *Golio* eſt *forma placens*, aut *corporis lineamentis formoſus*: & *fæm.* روعاء *aſtu ac verſutia pollens* camelus, equa. Ita fere Arabes in *Gloſſariis* ſuis: unde pulchritudo ac conſtantia *Linguæ* parum relucent. Videamus num exempla lucis quid datura ſint. In *Hamaſa* celebris ille Heros *Taabbeta Sjerran* ſemet inſignit, ut

* لَابِسَ ٱللَّيْلِ أَرْوَعَا *

Familiarem noctis, *terribilem.*

Monet *Taurizius* poſſe intelligi, vel الجميل *pulchrum*, vel سهم الفواد *acri corde præditum.* Poſterius haud

„ *& avaritia* (deprimat fortuna cilium invidentis ti-
„ bi) *turpat*: *& ſtrenuus remunerat*; *& debilis* latus
„ nutans *fallit vota* petentis: *& Hoſpitalis excipit*,
„ &

haud dubie præferendum. Ita planiſſime in *Diw. Hudeil.*

لَعَمْرِي لَقَدْ أَعْلَنْتَ خِرْقاً
مُبَرَّأً مِنَ ٱلتَّغَبِ جَوَّابَ ٱلْمَهَالِكِ أَرْوَعَا *

Per vitam meam, mortuum nunciaſti virum liberalem,
Immunem a vitio, trajectorem deſertorum, terribilem.

Rectiſſime ibi *ſcholiaſtes*: اروع ذكي القلب شهم *vox Arwabo ſignat acrem corde & audacem.* Eſt ergo a رَاعَ *terruit* idem plane qui *Græcis* δεινὸς, *ad omnia vehemens*, *acer*, *promtus*, *ſtrenuus*, *mente*, *lingua*, *manu*: ut *terrorem* quodammodo incutiat ſua *vehementia* ac *promtitudine*. Hac anſa أَرْوَع noſtrum pro circumſtantiis variat, & *formoſum* quoque nonnunquam exprimit, ut apud *Græcos* δεινὸς. In noſtro contextu *Liberalis*, atque *in omnem virtutem ſtrenuus* ſignificatur. Quum dicitur يروعني ذلك *placet mihi hoc*, eadem elegantia ſermonis captata; quaſi, δεινὸν *mihi accidit*: ſic ἐκπλῆττειν *Græcis* dicuntur ea quæ *valde placent*, ita ut *externent* veluti *mentem*, quæ tali affectu concita ἐκπλήττεσθαι *percelli* dicitur. Extra figuram hancce روع vim exerit *mali terrentis*; in quo iterum cum *Græco* δεινὸν conſpirat: idem رَائِعَةٌ cum *plur*: رَوَائِع ſic in *Diw. Hud.*

وَلَمَّا تَرُعْنَا بِٱلْفِرَاقِ ٱلرَّوَائِعُ *

Et quum terrerent nos in diſceſſu terrentia.

Ibi-

58 وَٱلْجَلَاحِلُ يَضِيقُ وَٱلْمَاحِلُ يَخِيفُ وَٱلسَّمْحُ 59

Ibidem.

وَهَلْ تَتْرُكُ نَفْسَ ٱلْأَسِيرِ ٱلرَّوَابِعُ *

Et num deſerunt animam captivi terrentia?

Hinc *Originem mali* ſub רוע peritiores facile agnoſcent. Sub رَاعَ *med. je* ריע alius *tremor* obtinuit; de quo alias.

Ibid. ٱلْمُعْوِرُ, *debilis; latus nudans:* opponitur *ſtrenuo* & *vehementi.* Eſt *part.* 4. a عَارَ *cæcavit.* Inde عَوْرَةٌ *locus patens nuduſque in confiniis hoſtium; & inſidiis, impreſſionibuſve ſubitariis obnoxius.* A *cæcitate* videtur ductum; quatenus *cæca loca* appellantur, ubi nil *proſpicias, provideaſve.* Inde adſcitus uſus in 4. أَعْوَرَ *apertum latus præbuit* ferienti præda. Eo uſus *Taabbeta ſjerran* indagine hoſtili cinctus.

وَيَوْمِي ضَيِّقُ ٱلْجُحْرِ مُعْوِرُ *

Et dies meus anguſtus latibulo, nudum offerens latus.

Hinc occaſio arrepta, ad *ignavum* hac appellatione adficiendum. pulchre *Teblebius* المعور اي البادي العورة وهو الفارس يظهر في طعنة خلل وارادة بة هنا الناقص الخلق الكبير السفاهة ومن جملة عيبة البخل *Vocabulum hocce ſignat proprie eum cujus apparet nuditas lateris:* vel-

& avarus fraudator timorem incutit; & *enodis* largitor *alimenta*

…eli…i *Eques, cujus haſta ferien-*…*is apparet interſtitium feriri* …*ptum. Hic autem intendit Noſter ſcævum indole, & valde ſolidum: cujus inter vitia quoque avaritia.* يَخْبُبُ *fallit vota*: in *fut.* 4. a خَابَ *med. je, ſecluſus fuit ſpe & votis.* Inde in 4. *tranſitivus* uſus admiſſus. Poſteriori hac ſpecie augenda *Lexica.*

Origo deliteſcit in خُبَّابٌ *ignitabulum fallax, quod non excudit ſemina ignis.* Nempe *Arabibus* placuit *excuſſio ſcintillæ e fomite*, pro *felici ſucceſſu.* Hinc contrarii *exitus eluſi & fruſtrati vis* Noſtro themati ſubjuncta.

58 اَلْمُحَلَّاحِلُ *Hoſpitalis dominus*, in *Golio* ſimpliciter datur, *princeps populi aut tribus.* Eſt *Epitheton* potius *principis liberalis* الذي تحل به الناس كثيرا *ad quem multi mortales divertere ſolent*: ut *Tebl.* notat. Radix حَلَّ *ſolvit*, per reduplicationem حلحل. Ita *Amriolkis.*

اَلْقَاتِلِينَ ٱلْمَلِكَ ٱلْحُلَاحِلَا *
خَيْرَ مَعَدٍّ حَسَبًا وَنَائِلَا *

Qui trucidarunt Regem hoſpitaliſſimum,
Optima dare ſolitum lautia, & donaria.

Addit *Tebl.* ſecundum *Abulbeka* potius hoc vocabulo deſignari الثابت الحكم الرزين العقل *Firmo judicio, & gravitate mentis præditum.* Noſter *Haririus* prius firmat, ſubdens يُضَيِّفُ *convivio excipit*: in fut. 4. a ضَافَ *conviva acceſſit, hoſpitium ſumſit.* Notio orta ab *ambiendo*, vel, *in orbem eundo.*

59 والسمح يغذي والمحك يقذي والمعطاء 60 ينجي

Sequens المَاحِل *fraudadator avarus*; in *part. præſ.* a مَحَل *ſterilis fuit ex pluviæ inopia* regio. Item, *delaturam exercuit*. Hinc مَاحِل quoque *delator*, *ſycophanta*. Hæc notio nonnullis & hic obtinere viſa; ſed præplacet *Teblebius*, cui الماحل eſt البخيل لا خير عنده شبه بالبلد الماحل. *Avarus in quo nil boni; comparatus cum regione ſterili.* يُخيف *timorem incutit* in *fut.* 4. a خَاف *med. waw*, *metuit*; referri nunc debet ad *inhoſpitalem acerbitatem*, quæ *publico terrori* eſt.

59 السَّمْح *liberalis*; proprie *enodis*; ſupra explicitum.

Ei opponitur مَحِك *rixator moroſus*. Radix مَحِك *rixatus eſt*. Ejus *origo* abeſt. Videtur ſub حَك *fricuit*, *confricuit*, deliteſcere. Inde in 3. حاك pro حاكك *repugnavit*, *obſtrigillavit*: et تماحك in 5. *conflictatus eſt* cum aliquo. Pulchra alliteratio inter يغذي *alimenta præbet ori*: in *fut.* 4. a غذي *nutrivit*: & يقذي *feſtuca lædit oculum*; item in *fut.* 4. قذي *illapſu feſtucæ læſus fuit* oculus. Solemnis figura *feſtucæ in oculo*, pro *vexatione ingrata*, atque adeo *omni re unde oculi doleant*. Poeta vetus in *Hamaſa* laudans *liberalem Donatorem*.

مرآي

ta præbet; & obſtrigillator *feſtuca lædit*: & *donum ſalvat*,

رَأَى خَلَّتِي مِنْ حَيْثُ يَخْفَى مَكَانُهَا
فَكَانَتْ قَذَى عَيْنِهِ حَتَّى تَجَلَّتِ *

Vidit ille inopiam meam, qua vel maxime ſe occulebat:
Fuitque Feſtuca oculi ejus; donec diſcuſſa eſt.

Hoc eſt: *ita paupertate mea doluit, ac ſi oculum ei ureret perpetuo hærens feſtuca; meque ditavit.* Iterum in *Hamaſa.*

قَلِيلُ قَذَى ٱلْعَيْنَيْنِ *

Non ferens ullam oculorum feſtucam.

Hoc eſt, *vir animoſiſſimus, omnis injuriæ noxæque intolerans, earumque acerrimus vindex.* Minus recte *Taurizius* retulit ad *vigilantiam quam nulla lippitudo minuat.* Id cum *Emblematis* natura minus conjunctum. *Impatientiam injuriæ* ſignari, liquet ex hocce *Harithi* in *Moallekat.*

أَوْ سَكَتُّمْ عَنَّا فَكَانَ كَمَنْ
أَغْمَضَ عَيْنًا فِي جَفْنِهَا أَقْذَاءُ *

Vel ſilentium agetis, a nobis: eritque ut quum quis
Claudit ambos oculos, quorum in ciliis feſtucæ.

Imitatus *Ibn Doreid.*

60 يُنْجِي وَالسُّطَالُ يُشْجِي وَالدُّعَاءُ
61 يُبْقِي وَالْمَدْحُ يُنْقِي وَالْحَمْدُ
62 يُجْزِي

هُمَا اللَّذَانِ سَمَّوْا بِنَاظِرِي
مِنْ بَعْدِ إِغْضَائِي عَلَى لَذْعِ الْقَذَى *

Hi ſunt, qui extulerunt oculum meum;
Poſtquam palpebras contraxiſſem ſuper uſtione feſtucæ.

Hoc eſt, *hi me ab injuriis omnibus, & moleſtiis, quas tolerare cogebar, vindicarunt.* Idem eandem hanc *figuram* tendens.

فَأَغْضَيْتُ عَلَى وَخْزِ السَّفَا *

Palpebras contraxerim ſuper punctionem ſpinæ.

Id eſt, *omnem vitæ acerbitatem tolerare cogar: atque ab omnibus impune divexer.* Multus in *tranſlatione* hacce Noſter. *Conſ.* 37.

وَالْحُرُّ مَنْ إِذَا قَذِيَتْ عَيْنُهُ
أَخْفَى قَذَى جَفْنَيْهِ عَنْ نَاظِرِيهِ *

Ille liberalis, qui, quum feſtuca læditur oculus,
Occulit feſtucam ciliorum a ſpectantibus ipſum.

[illegible]

pat; & *tergiverſans mœrore necat*; & *comprecatio* tutum præſtat; & *laus* nitidat; & *ingenuitas rependit mercedem*, &

Iterum *Conſ.* 22. واغضي جفنه علي قذاته *contraxit cilium ſuum ſuper feſtucam ejus.*

Alibi plura. Nunc teneatur adhuc alter uſus, *Arabibus* non minus tritus, quo *feſtucam in in oculo* deſignat *levius vitium*, ita in *Hamaſa*:

فَإِنِّي أَرَى فِي عَيْنِكَ ٱلْجِذْعَ مُعْرِضًا
وَتَعْجَبُ إِنْ أَبْصَرْتَ فِي عَيْنِيَ ٱلْقَذَا *

Ego ſane in oculo tuo tranſverſam cerno trabem,
Et tamen miraris ſi meo in oculo feſtucam videas.

Inter *Judæos* eandem formulam viguiſſe, a Viris Doctis ad *Matth. cap.* 7. indicatum.

60. *Donatio ſalvat*; ſeu *evadere facit*: nempe a *vituperio*: atque *famam*, præſtat *integram*. ita *Tebleb*. Ego malim *ſalvat donatum*, atque *ex miſeria eripit*. ينجي in *fut.* 4. a نجا *evaſit liber*; *properavit*; *prævertit* currendo. Menti noſtræ ſuccinit, & *tergiverſatio angit*, *præfocat*: non utique *donatorem*; ſed *dona petentem*. يشجي *fut.* 4. a شجي *præfocatus fuit moerore* origo; eſt *implicatus fuit*; quæ & ſub شجن *anxit* eum res: quaſi *implicuit*. Item *detinuit* eum res neceſſaria: i. e. *implicatum tenuit*. Sed & شجن *implicatio ramorum*, & *arborum*, in *arbore*, quæ majora capit incrementa. Hac anſa שׂגה & שׂגא in *creſcendi* vim devenit: at שׁגה *errationem* ab *implicatione viæ*, & *mentis*, adſcivit.

61 *Et comprecatio tutum præſtat*. Intelligas *fauſtas comprecationes eorum*; qui *largiter donati*: unde *in caput donantis benedictio* & *immunitas* a *malis* derivetur. يقي eſt *fut.* 1. a وقي

 cu-

62 وَاطِّرَاحُ ذِي ٱلْحُرْمَةِ غَيٌّ وَمَحْرَمَةُ بَنِي ٱلْآمَالِ بَغْيٌ وَمَا يُجْزِي وَٱلْإِلْطَاطُ يُخْزِي 63

cuſtodivit a malo. Altera ſententia, *laudatio purum reddit*, ita exponitur يُنَظِّفُ وَيُغْسِلُ عَيْبَ ٱلْبَخِلِ وَيُزِيلُهُ عَنِ ٱلْعِرْضِ *mundat & abluit vitium avaritiæ; idque removet a fama.* نَقَا, يَنْقَى in *fut.* 4. *purus fuit*; ult. *waw* & *je*: נָקָה.

62 ٱلْحُرُّ يُجْزِي *ingenuus rependit.* Prius a *rad.* حُرّ חרר *ferbuit*; *fervidum* in *laudem*, *nobilem*, *liberalem*, *candidum*: qui عَبْد *ſervum*, & *ſordes*, penitus exuerit. Uſurpatur ut *adjectivum*; ſed *origo ſubſtantiva*; & *ingenuitas* pro *ingenuo* invaluit. يُجْزِيهِ eſt *fut.* a جَزَى *penſavit*, *retribuit*: item *ſuffecit ad omnia*; & *ſatisfecit.* Thema *Hebræis* reſtituendum; indeque *Pſ.* 71: 6. explicandum, *a viſceribus matris meæ tu* גּוֹזִי *defenſor ad omnia ſufficiens*, &c. Eſt *part.* גוֹזֶה. Analogiæ parum litant, qui ad גזז reducunt.

Ibid. ٱلْإِلْطَاطُ يُخْزِي *denegatio officii dedecorat.* A لَطَّ *appegit humi fixum quid*: item *appegit*, *præpanxit velum*; *occluſit januam* &c. nata *ſecundaria vis officii denegati.* Præclare *Teblebius.* الالطاط الامتناع من فعل الخير وهو مصدر الط الشي اذا ستره والط الحجاب دونه اذا ارخاه والط الحنق اذا ستره وكنه وكان الممتنع من فعل الخير يستر ما يجب من ذلك ويكتمه *Forma IV.ta uſurpatur cum quis recuſat bona officia: eſtque infin. in quarto; ubi*

& denegatio officii dedecorat, & abjicere neceſſarium eſt pravus error, & *fraudare filios ſpei* eſt grave de-

ubi Alatta tantumdem eſt ac velavit rem, celavitque: dicitur etiam Alattà velum ante eum; pro deniſit illud: & Alatta veritatem, eſt eam velavit & occuluit. Nempe qui recuſat bona officia, velat quaſi obligationem ipſam, eamque occulit.

